B I B L I O T H E C A

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

T E V B N E R I A N A

P. FLAVII VEGETI RENATI

EPITOMA REI MILITARIS

EDIDIT

ALF ÖNNERFORS



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCV

Gedruckt mit Unterstützung der Förderungs-
und Beihilfefonds Wissenschaft der VG WORT GmbH,
Goethestraße 49, 80336 München

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Vegetius Renatus, Flavius:
[Epitoma rei militaris]
P. Flavii Vegeti Renati Epitoma rei militaris /
ed. Alf Önnerfors. — Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner, 1995
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
ISBN 3-519-01872-1
NE: Önnerfors, Alf [Hrsg.]

Printed in Germany
Satz: DW & ID Repro- und Satzzentrum GmbH
Druck und Buchbinderei: Druckhaus „Thomas Müntzer" GmbH, Bad Langensalza

PRAEFATIO

DE OPERE EIVSQVE AVCTORE

Nuper in opusculo, cuius titulus est 'Zu Person und Werk des Publius Flavius Vegetius Renatus'[1], Guilelmo Kroll assensus, qui plenum Flauii Vegetii nomen P. Flauium Vegetium Renatum fuisse censebat[2], breuem eius suspicionem potius quam asseuerationem argumentis corroborare sum conatus. Porro in eodem libello affirmaui me nequaquam dubitare, quin 'Epitomam rei militaris' et 'Digesta artis mulomedicinae' ('Mulomedicinam') unus idemque conscripserit, id quod et sermonis signa ac notas nonnullas et consimilem in utroque opere rhythmi prosae orationis usum confirmare iudico. Et 'Epitoma' quidem quin post Gratianum a. 383 p. Chr. n. interfectum atque ante annum 450 exstiterit, non est controuersia, cfr mil. I 20,2 eamque subscriptionem operis, quam non modo ε codicum agmine, sed etiam g

1 V. Conspectum librorum, Oennerfors 1993 (Lundae). Doleo hunc libellum typothetas nonnullis uitiis deformasse; deest e. g. π littera p. 143, u. 34 et sexies in ann. 10,11,17. In ann. 17 de uoce prope fatali q. e. *sacrum* disputo, quae, quod usque ad hodiernum quidem diem cognouerimus, communi solo Tg codicum exemplari (cfr infra p. XXXIV sqq.) tradita est: *Flauii uegetj renatj uiri illustris comitis sacrum epitoma* T fol. 306 ra, *Flauij Vegecij Renati viri illustris Comitis sacrum epithoma* g fol. 79[v].

2 In opere quod inscribitur 'Geschichte der römischen Literatur', ed. W. S. Teuffel, ed. sextae uol. 3, p. 314 (Lipsiae a. 1913).

libro manu scripto traditam inuenimus[3] (infra p. 260 sq., *'Fl. Eutropius emendaui'* eqs.). Fuerunt autem intra eos sexaginta sex annos imperatores Valentinianus II (375–392), Theodosius I (379–395), Honorius (393/395–423), Arcadius (383/395–408), Theodosius II (408–450), Valentinianus III (425–455). Sed de ea quaestione, cuinam imperatori 'Epitomae' librum primum Vegetius sponte obtulerit cuiusue iussu reliquos conscripserit, maxima est inter uiros doctos dissensio[4]; ex ipso opere re uera nihil certi concludi licet. Testimonio sunt in subscriptione ε codicum classis et g liber manu scriptus 'Epitomam' a. 450 p. Chr. n. Constantinopoli notam fuisse, nec dubitandum uidetur, quin in occidentali quoque imperii Romani parte homines militarium bellicarumque rerum studiosi Vegetium lectitarint. Tamen diu in litteris de 'Epitoma' silentium fuit. Fragmenta quidem saeculo septimo exarata nouimus (u. infra ad E cod.); primo demum (u. infra ad B cod.) ac medio nono plena enchiridii bellici Vegetiani exemplaria in lucem proferri coepta sunt[5]. Scimus Hrabanum Maurum a. 855 mediocri cuidam 'De anima' tractatui – quem more suo ex Cassiodoro et Iuliano Pomerio compilauerat – Lothario regi dedicato appendiculam 'De procinctu Romanae miliciae' inscriptam, hoc est

3 Cfr infra p. XXVIII; Oennerfors 1993 (Lundae) ann. 10; infra ann. 30. *ABIENI, -O* falsae scripturae sunt pro *AV-*. In H et Q codd. finis mutilus est; in B, quo fol. 65^r undecim ultimi uersus capitis 46 et subscriptio manu noua (et tertia quidem) (saec. XIII) exarati sunt, cui parti aliud exemplar quam prius pro fundamento fuisse uidetur, deest mentio Eutropii.

4 Lang[2] p. VII sqq.; Oennerfors 1993 (Lundae) p. 150; 151 sq. In quo libello sententias de hac quaestione philologorum, quales hos centum fere annos in lucem prodierunt, breuiter complexus sum.

5 Cfr Mongeau, Mittellat. Jb. 20 (a. 1985), p. 314 sqq.

capita aliqua 'Epitomae' Vegetianae (I 1–17 exceptis 3,5,8,13; II 23–24) summatim breuiterque complexa[6] adiunxisse, 'quod ideo feci quia necessarium fore id aestimaui propter frequentissimas barbarorum incursiones'; sed iam amicus eius Frechulphus, episcopus Lixouiensis (qui a. 853 mortem obisse fertur) Carolo II regi ('Caluo' q. u.) 'libellos flauii uegeti renati de re militari' obtulit, 'quos corrigere curaui sine exemplario' – cfr eadem uerba subscriptionis Eutropianae, cuius iam supra mentio facta est – 'quoniam unum quod reppereram tantum uicio scriptorum ita erat deprauatum ut literatura nequaquam manere aut intellectus inde utiliter colligi possit ..., ut his frui libellis condescendendo delectatione exercitii non pigeat. non enim aquila quae cęteris auibus altius uolare et radiis solis intuitus figere consueuit semper in caelo herendo manet sed ima pro sui commoditate petit ...'[7].

Nihil denique est, cur dubitemus, quin Sedulius Scottus carmine LIII 'in persona Hartgarii' de codice quodam 'Epitomae' Vegetianae loquatur:

In hoc nobilium florent praecepta uirorum
codice, belligeris qui micuere rosis,

6 Quae edidit E. Duemmler in 'Zeitschrift f. deutsches Altertum' uol. XV, a. 1872, p. 443–451. Cfr Mongeau (u. ann. 5) p. 316.

7 Lang[2] p. XXVIII cod. Parisinum Lat. 7383 (Q) fol. 1^r–1^v secutus. Haec epistula etiam in cod. Parisino Lat. 7233 (s. XIIII), Treu. 1083/105 (s. XV), apud nos = f (infra p. XXV), aliis, tradita inuenitur. In f non *condescendendo* (quod librarius fortasse ad *'aquila'* illud *'uolare consueuit'* rettulit), sed *condiscenda* scriptum legimus, quod haud scio an praeferendum sit.

qui uarios populos trifidum domuere per orbem
artibus egregiis consiliisque bonis[8] eqs.

Tres igitur iam uiros litteratos cognouimus, qui medio nono p. Chr. saeculo enitebantur, ut 'Epitoma' Vegetii omnium imperii Carolini ducum obseruantia coleretur[9]. Neque haec spes eos fefellit: medio enim q. u. aeuo, et

8 In apparatu fontium carminis editi (Poetarum Lat. aeui Carolini Tom. III, a. 1896, p. 212) L. Traube *carrobalista* u. 8 (mil. II 25,4, al.), *aries* u. 9 sq. (IIII 14,2 sq.), *falcatos currus* u. 11 sq. (III 24,1 sq.) refert. Sed debuit etiam propter u. 13 sq. *Mox ingens elefas* ... *sternitur ad terras* ad mil. III 24, i. e. ad idem caput, quo currus illi falcati describuntur (*Quomodo quadrigis falcatis uel elephantis in acie possit obsisti*), lectorem relegare. Et uersus quidem, quos supra laudamus, nonne 'Epitomae' locis q. s. I 1,1–2, II 18,5, III 26,35, IIII 26,6 tamquam imago resonant? Cfr E. Duemmler, Fünf Gedichte des Sedulius Scottus an den Markgrafen Eberhard von Friaul (in 'Jahrb. f. vaterl. Geschichte' I, Wien 1861), qui iure eum 'librum Rei militaris', cuius in testamento Eberhardi, comitis Foroiuliensis, a. 837 mentio fit, eundem esse dicit atque 'hunc' Sedulii Scotti 'codicem'; R. Duechting, Sedulius Scottus. Seine Dichtungen, München 1968, 159; Manitius, M., Geschichte d. lat. Lit. des Mittelalters I (a. 1911) 316 sq.; 667 sq.

9 Manitius in op. l. (ann. 8) p. 667 sq. plura quaedam uestigia 'Epitomae' mediaeualia, ut loquimur, contulit; quod autem p. 588, ann. 1 de glossis 'Bellorum Parisiacae urbis' Abbonis, monachi illius s. Germani a pratis, profert: 'Zu 1,99 *musclis* vgl. Veget. 4,13.16 ... Übrigens scheint auch für 1,220 *pluteos* Vegetius (4,15) benutzt' mihi non uidetur probabile; nam neque similitudo ulla locorum cognoscitur nec ueri simile est, ut glossator ille (i. e. ipse Abbo, ut mihi persuasum est), si Vegetii enchiridion ad manum habuisset, eos solos locos ad uersus carminis epici enucleandos adhibiturus fuerit. Ceterum de posterioribus fatis Vegetii comprehensibilibus egerunt J. A. Wisman in 'Moyen Âge', uol. 85, a. 1979, p. 13–31, M. Springer in 'Philologi' uol. 123, a. 1979, p. 85–90, Mongeau 1.1. (ann. 5).

imprimis quidem saeculis XIII, XIIII, XV, operis illius libri aut uniuersi aut singuli plus quam CCXXXX, quantum hodie nouimus, exscripti sunt ac posteris traditi; exemplaria 'Epitomae' in alias linguas Europaeas conuersae circiter LXXX reperta esse dicuntur[10]. Iam Carolus Lang maximum eorum codicum numerum – supra CXXXX – earumque interpretationum (XIIII) cum cognouisset (L.[2] Praef. p. XXIII–XLVII), fundamenta editionis suae, quod magni momenti fuit, uetustissimis codicibus, **ADE** (excerptis s. VII) **GLMPΠ** (quem nos **T** siglo notamus) **QV** scilicet (u. Sigla codicum p. LX) terminauit. Raro Bernensem 280 (in nostra editione = **B**) ac Parisinos Lat. 6503 (= **C**) et 7230 A (= **H**) – cfr L.[2] Praef. p. XXXIIII sq. – inter uetustiores, inter recentiores Parisinum Lat. 7232 (= **d**) et Gissensem 1256 (= **e**, cfr L.[2] Praef. p. XXXVI) subsidio adduxit[11].

10 Omnes hos codices magno studio et diligentia scrutatus est Ch. R. Shrader in 'Scriptorii' uol. XXXIII (a. 1979) p. 280–305; cfr et Mongeau p. 314 sqq. Quorum inuestigationibus annotationes meas supra factas terminaui.

11 'Centum fere locis huius editionis (i. e. alterius) oratio a priore dissentit' Lang[2] p. XLVIIII. Apparatibus autem Langii criticis magna ex parte fidem tribuere non possumus; re uera uitiis et erroribus scatent (sed recensionem T codicis [= *Π* L.], quem non magis ubertim quam scrupulose refert, Langio excipi oportet; cfr infra p. XXII cum ann. 19, ubi tamen duodecim errata enumerantur). Quam friuola esset omnis Vegetiani scripti disquisitio in apparatu Langii collocata, perspicue monstrauit L. Rubio in libello, qui inscribitur 'El ms. Scorialensis L. III. 33: Nuevos datos para una futura edicion del *Epitoma rei militaris* de Vegetius' (in 'Emerita', T. XLI [a. 1973] p. 209–223); hic codex (saec. X ex.? 'twelfth century' Mongeau p. 318), sine dubio cum *δ* classe (cfr infra p. XXVIII) affinitate coniunctus, parui pretii uel nihili est, praesertim cum R et S comparatus – de quibus

Tres denique codices magni ponderis, Vat. Palatini Lat. 1571 (apud nos = **S**), 1572 (= **R**, a. demum 1938 Romae repertus), Lundensis mediaeu. 8, olim 'E recc. bibliothecis n: o 4′ (= **F**) Langio incogniti erant.

DE SINGVLIS CODICIBVS

Sed praeuertamur nunc per sigla progredientes litterarum ordine obseruato ad eos libros manu scriptos examinandos, qui huic editioni fundamenti loco fuerunt. Omnes optime lucis ope depictos, et singulos quidem ter, pera-

Rubio tacet! – neque dignus, cuius collatione apparatus criticus oneretur. (Nam quod ad 'Omisiones de VD que no figuran en S' [i. e. cod. Scor.] attinet [p. 213], plurima ea uerba, quae 'omissa' finguntur, aut in R, quantum integer est, traduntur, aut R^2 manu supplentur aut in Langii solum mente exstiterunt.) Quae de codicis illius praestantia libelli auctor hariolatur: 'Several of the many and difficult problems of this text could be solved with the help of this manuscript' (p. 209), mera est insipientia – 'Clauem' nimirum primordiorum 'Epitomae' se repperisse autumat! – partim quidem ab ignoratione neglegentiae Langii profecta, qui praecipue in lectionibus DV codicum reddendis saepissime ac grauiter errauit, partim ex ea praepostera emanans ratiocinatione, posse nos de structura et indole antiqui operis sine ulla cognitione rationis, quae inter potissimos codices id tradentes intercedat, disputare. Sed leuitas istius libelli, de quo loquimur, in socordia quoque auctoris constat, cuius unum e p. 220 proferam documentum: 'En el caso siguiente sólo V traía la lectura aceptable, ahora confirmada por S: 88, 20 temptabitque VS: temptauit quaequid A temptauit quae quid M temptabit quaequid Q temptabitquae quid L temptabit quiquid G temptabit quicquid DP temptauitquae quid *Π*.' – cfr sodes annotationes accuratas infra ad III 9, 16 – quasi *temptabitque* hac in sententia – sine *quid,* quod re uera V tradit (iam Langio testante!) – sola lectio esset, quam comprobari oporteret!

graui atque excussi; quos insuper coram inspexi et contuli, eorum sigla * stellulis notaui.

a. De uetustioribus

A* Parisinus Lat. 7230, membr., saec. VIIII in monasterio s. Dionysii exaratus, prope integer; fol. 1^r–53^r, mm. 295 × 190 (230 × 140), 'Epitomam' continet; paginae singulae undetricenis constant uersibus. Complura folia perperam numerata et compacta sunt; numeratione folii 12 (12^r et 12^v) praetermissa error q. e. 13 eqs. pro 12 eqs. irrepsit. 'Folia 27. 29 sunt transposita' L.^{2} p. XXIII, sed re uera confusio compactionis (paginarum numeri manu posteriore correcti sunt) folia 27^r–33^r complectitur. Tituli litteratura unciali, rubro colore, qui paulatim euanuit, scripti sunt. De particulis aliquot, quae e Vegetii 'Epitoma' non emanant, u. Lang^2 l. l. Manus prima, ut uidetur, hic illic uoces primo cohaerentes, ut fol. 37^r *&totase, queloci, &cūminus, autflumen, autlacū, abaliaduplex,* fortasse e scriptura continua exemplaris translatas distinxit. Non pauci errores manu altera prope coaequali (A^2) correcti sunt, id quod testificatur et atramentum et stilus q. u. cerussatus. Tertia denique manus saeculo XI, ut opinor, in foliis prioribus 2^v, 3^v, 4^r, 5^r–14^r alia correxit, alia excerpta in margine iterauit.

De A^1, A^c, B^1, B^c, C^1, C^c eqs. u. Sigla codicum p. LX.

B Bernensis, Burgerbibliothek 280, membr., saec. VIIII in. Floriaci exaratus, prope integer; fol. 1^v–65^r, mm. 296/302 × 178/180 (242 × 132), uersuum uicenum quaternum. 'Conspirat accuratissime' (sed non omni ex parte) 'cum A. Codicem ex libro litteris uncialibus exarato descriptum esse quaeuis pagina clamat' Lang^2 p. XXXIIII. Tituli scriptura unciali, rubro colore exarati sunt. Multae in marginibus glossae et

pagina clamat' Lang[2] p. XXXIIII. Tituli scriptura unciali, rubro colore exarati sunt. Multae in marginibus glossae et obseruationes (saec. VIIII); duae manus correctrices obuiae sunt. A fol. 26ᵛ manus altera operae succedit. De uersibus capitis IIII 46 ultimis et de subscriptione u. ann. 3; imo folio 65ʳ haec leguntur: *Vegecij de re militarj Amen deo grās Ego enim accepi a dnō quod tradidi vobis* (= I Cor. 11,23). Cetera u. Homburger p. 45 sq. et Mostert p. 69 sq. (cfr ind. librorum).

C* Parisinus Lat. 6503, membr., saec. VIIII in monasterio s. Dionysii exaratus, mutilus; continet fol. 5ʳ–27ᵛ Vegetii 'Epitomae' II 8,2 *merita consequebatur* – IIII fin.; mm. 320 × 230 (240 × 190); paginae singulae tricenis binis constant uersibus. Tituli litteratura unciali fere[12], rubro colore, qui hic illic euanuit, exarati sunt. Folium quintum mutilatum, pauci insuper loci debili sunt statu. Duo scribae, alter librario primo aequalis – fortasse unus idemque – alter minor natu inter lineas errores correxerunt et ille quidem multo frequentius quam hic atque eodem quo manus prima atramento. Hic codex initiis capitum singulorum insignis est: nam titulos constanter insequuntur singuli uersus (uel prima saltem uerba capitum) scriptura capitali rustica, colore atro perscripti. Cetera fratribus AB similis, sed nequaquam continuo cum iis conspirat; hic illic melior.

D* Parisinus Lat. 7231, membr., anno circ. 1032 in monasterio s. Martialis Lemouicensi ab Ademaro q. d. Cabannensi siue 'Grammatico'[13] exaratus, fol. 1ʳ–13ʳ 'Epi-

12 Raro, uelut IIII 32 et 34, ad scripturam q. u. capitalem rusticam librarius confugit.

13 Cfr Shraderi libellum sub numero 143. De 'Grammatico' cognomine recte Manitius (cfr. ann. 8) II (a. 1923) p. 292,

tomae' Vegetianae l. I–IIII 30, fin. continens, mm. 250 × 190 (220/230 × 150/160). Paginae singulae uarium numerum uersuum angustissime perscriptorum habent: fol. 1^r duodetriginta, 13^r uiginti septem solum (media fere pagina post IIII 30,6 [hic EXPLICIT] uacua relicta), cetera autem circ. sexagenos quinos usque ad septuagenos quinos (uelut 66 fol. 12^v, 67 fol. 5^r, 68 fol. 4^v, 69 fol. 2^r, 72 fol. 4^r et 7^r, 75 fol. 7^v). Tituli scriptura capitali rustica exarati sunt. Fol. 4^r primum uersum perdidit. Capitum indices in binas columnas distributi sunt (fol. 1^r, 3^v, 6^r, 11^r); rubri atramenti uestigia non apparent. Ademari scriptura propriorum uitiorum immunis non est, ut I 28,2 et II 18,6, ubi glossae e marginibus exemplaris, quod exscripsit, in textum irrepserunt, uel III 15,5, ubi uerba q. s. *Si autem – tenebit exercitus* propter homoeoteleuton exciderunt. Fol. 1^v (= I Prol. 6) solus Theodosium, imperatorem, ut omnibus constat, christianissimum, Athanasii propugnatorem, laudibus effert his uerbis: *princeps inuicte o theodosi diuorum augustorum praecellentissime* (fol. 1^v).

ann. 1: 'Das Wort *grammaticus* ist kaum in seiner ursprünglichen Bedeutung zu fassen, denn in den Schriften Ademars ... bedeutet es kaum mehr als 'Gebildeter' oder 'gebildeter Kleriker'.' Idem in operis sui uol. III (a. 1931) p. 502 sqq. de Saxone, 'Gestorum Danorum' auctore illo (circ. a. 1150–1220) dicere debuit. – Neque L. Delisle, Notice sur les manuscrits originaux d'Adémar de Chabannes (in 'Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque Nationale et autres bibliothèques' XXXV: 1 [a. 1896] p. 241–358) neque Manitius uol. II p. 285, p. 292 inter codices ab Ademaro conscriptos Parisinum Lat. 7231 refert. Sed Berolinensis Lat. Phillippsiani 93 fol. 37 et Parisini Lat. 2469 fol. 86^v, quorum imagines optimas Delisle in op. l. praebet, cum Parisino Lat. 7231 conferenti ilico apparebit unumquemque ab una eademque manu esse confectum, et circiter annum 1032 quidem, ut iis, quae Delisle p. 245 de Berol. Phillippsiano disserit, commotus ratiocinor.

Sed et ceteroquin in uerborum contextu tradendo licentiam aliquam sibi sumpsit. In omni summa ad hunc librum manu scriptum ea uerba transferri possunt, quae Delisle (u. ann. 13) p. 245 de codice Berolinensi Lat. Phill. 93 facit: 'Tout indique le travail, non d'un calligraphe, mais d'un homme d'étude, n'attachant qu'une importance secondaire à la forme matérielle et à l'aspect extérieur du livre, préoccupé avant tout de faire tenir beaucoup de texte sur un petit nombre de feuillets'.[14]

Duobus locis folii 2^r sordes quaedam litteras corrupit; ceterum scriptura codicis hic illic aliqui obumbrata quidem, sed sine maiore difficultate legi potest. Fol. 1–20 uermiculi membranas iam exaratas nonnullis punctis perforauerunt; quo factum est, ut singulae litterae aliquot uiolarentur. – De iis scriptis, quae (post uacuum fol. 13^v) fol. 14^r insequuntur (Solini scilicet, Ciceronis, Augustini, aliorum), u. $Lang^2$ p. XXXII. – Monendum est huius codicis non modo a δ familia (cfr infra p. XXXII) originem repetendam, sed etiam ratione quadam, quae definiri uix possit, ε classem usu contigisse nec pauca ea perductum scriptorem contaminasse (cfr $Lang^2$ p. XXI).

E 'Excerptum Vaticanum', i. e. Vaticanus Reg. rescriptus 2077, saec. VII, litteratura unciali elaboratus; continet fol. 99^v–100^v 'Epitomae' l. II 2,1–2; 6,1–9; l. IIII 38,4–40 fin. De huius codicis indole – quamquam propius ad π agmen (cfr infra) accedit, tamen complura sunt, in quibus cum ε consentit; et menda et suas interpolationes habet – u. et Th. Mommsen, Hermae uol. I (a. 1866), p. 130–133, et $Lang^2$ p. XXI–XXIII et Andersson (u. ind. libr.) 18 sqq. Clare

14 Cfr V. Rose de Phill. Lat. 93 in 'Die Handschriften-Verzeichnisse der Königl. Bibliothek zu Berlin XII. Verzeichnis der lateinischen Handschriften'. I, Berlin 1893, p. 197–203.

documentum dat aetatem praestantiae confundi non oportere (u. colluuiem mendorum eius in app. critico apparituram). – Haec fragmenta C. E. Finch (1965, u. ind. libr.) a codice capitali q. u. rustica litteratura confecto repetit. Cfr E. A. Lowe, 'Codices Latini Antiquiores' I, 1934, 35.

F* Lundensis mediaeualis 8 (olim 'E recentioribus Bibliothecis N:o 4', postea 'H. L. a) fol. 13'), membr., saec. XI ex., mm. 284 × 173 (250 × 125), originis incertae. Olim habuisse uidetur folia LII, sed XII perierunt, quo damno l. III 6,7–8,1 et 11,6–IIII Prol. 6 hodie desunt. Inscriptiones capitum scriptura minuscula, rubro colore pictae sunt. Paginae plerumque tricenos ternos habent uersus, interdum tricenos singulos uel tricenos quinos. Unus idemque librarius, qui Graecas litteras cum accentus notis prope perfecte in usu habuit, omnia scripsit excepto libri primi titulo capitis XXVII. F cum Perizoniano (P, u. infra) conspicua cognatione coniunctus est.

Primorum foliorum duo et extremi folii 29^r uersus quattuor liquoribus quibusdam acidis (fortasse suco gallae coriariae) ad resuscitandum, ut sperabatur, contextum qualemcumque ueterrimum (qui nusquam emersurus erat) fine saeculi millesimi nongentesimi[15] adeo uiolauit quidam, ut nonnulla earum partium difficillime legantur. Ceterum, qui plura et explicatiora de codice Lundensi desiderabit, ad ea delegamus, quae L. Wåhlin in libello, qui inscribitur 'Collatio codicis Vegetii de re militari librorum lundensis' (a. 1905, u. ind. librorum) accurate disse-

15 Hac de re benigne me certiorem fecit Per Ekstroem Dr phil. et bibliothecarius Lundensis, qui mihi assentiens F codicem saeculo XI ex. ascribit.

ruit[16]; apparet laesas codicis partes abhinc nonaginta annos facilius legi potuisse quam hodie.

G* Guelferbytanus Gudianus Lat. 84, membr., saec. VIIII (med., ut uid.)[17], originis incertae; folia 1^r–65^v, mm. 290 × 210 (221/220 × 130/150), duodetricenum uersuum Vegetii 'Epitomam' tribus manibus (1^r–21^v, 22^r–22^v, 23^r–65^v) exaratam continent; fol. 41 ita abscissum est, ut supra quarta, infra uix sexta cuiusque uersus pars restet. Tituli scriptura unciali exc. fol. 23^r, ubi capitali q. u. rustica *INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI TERTII*, colore rubro fol. 1^r–22^r, deinde atro sunt perscripti. Correctiones, notae, additamenta circiter LXXV orationem Vegetianam aut in marginibus aut inter lineas supplent, quae quidem Lang mirum in modum abunde neglexit; sunt autem magni momenti quippe aut ab ipsis librariis saec. VIIII aut a manu quadam paulo recentiore (saeculi, nisi fallor, p. Chr. decimi) inserta. Sed folia 45–65 tam importune circumcisa sunt, ut particulae absumerentur eorum, quae in marginibus legebantur. – Ceterum cfr Milchsack (u. ind. librorum) p. 131 sq.

H* Parisinus Lat. 7230 A, membr., saec. VIIII, sec. Catalogum MSS. Bibl. Reg., III: 4, Parisiis a. 1744, p. 329 'olim DD. de Noailles, Franciae Marescalli', sec. Shraderum sub num. 142 in Francogallia exaratus, 'olim abbaye de Noailles (dioc. Poitiers)?', mm. 300 × 255 (circ. 240 × 210) fol. 14^r–35^r partes librorum II et III ac prope totum librum IIII 'Epitomae' complectitur. Langio cum dicit 'neglegentissime scriptus' non

16 Nomina scriptoris et typographi officinae deprauauit M. Schanz in opere quod inscribitur 'Geschichte der römischen Litteratur' uol. IV: 1 (a. 1914) p. 197.

17 Cfr Gnomonis uol. LXV (a. 1993) p. 495, ann. 6.

assentior; tamen iure monet 'madore situque corruptum, ita ut bona pars titulorum perierit; etiam atramenti colorem haud ita nigrum esse' (p. XXXV). Tituli scriptura unciali maiuscula, rubro olim colore, qui paulatim hic illic euanuit, exarati sunt; paginae singulae undetricenis constant uersibus. Correctiones manus cuiusdam fortasse paulo recentioris rarae sunt. Partes uel particulae singulorum foliorum plurifariam desunt (apparet hunc tam miserum membranarum statum locis quibusdam iam librario saec. VIIII sese obtulisse); hic illic chartulis obductis pauca uel nihil contextus primigenii perlucet.

Quas partes 'Epitomae' reliquiae huius olim tam magnifici libri manu scripti hodierno die contineant, paucis nunc absoluam: II 21,4 (*naturaliter*) *equites* – III 1,2 *intellegerentur celerius* fol. 15^r–16^v; III 1,5–2,5: fragmenta, u. infra, 18^r; III 3,9 *arduis* –5,11 *per diem fumo* 14^r–14^v; III 6,12 *fuerit ab aduersariis* –IIII 46,7 *uel milites* 17^v; 19^r–35^r. III 6,27 e fol. 17^v in fol. 19^r uerborum textus sine intermissione transit (*reperiatur*|*inferior*). III 8,11 *cincti* – 13 *ignauia* chartula obducuntur; nonnulla de III 25,4 *inimicos* – ib. 11 *in ipsos* membranae parte rescissa interierunt. Scriptura foliorum 17^r et 18^v nescio quo modo tota absumpta est, folii 18^r pessime affecta: ex iis, quae minutatim iam legi possunt, euidens fit libri III capita 1 et 2 exhibuisse, uelut u. 1 *legionum* (infra III 1,3), u. 7 *equis* (ib. 5), u. 11 *qui remedia* (ib. 8), u. 15 … *udo exigentibus* (pro *ex g-*) … *rebellasset* (ib. 11), u. 16 *praecepto ut prouide* … *ne* (ib.), u. 19 *ne umquam* – *multitudo* (ib. 12), u. 22 *locis* (III 2,1), u. 23 *ne aridis* (ib. 2), u. 28 *miles est* (ib. 4), *Nec per* (ib. 5).

L Laudunensis (Bibl. Municipale) 428, membr., saec. VIIII, hanc habet praescriptionem (quae mihi benigne per litteras Bibliothecae Laudu-

nensis communicata est): *Hunc libellum dedit domnus dido episcopus deo et sanctae mariae laudunensis ecclesiae. Si quis abstulerit iram dei et sanctae mariae incurrat*; cfr Lang[2] p. XXV. Dido inter annos 882 et 895 Lauduni episcopus fuit. Vegetii 'Epitomae' libri II (ex Capitul. XXI *qui promouentur* [infra II, u. 29]) – IIII 46 fin. foliis 1^r–67^r mm. 240 × 170 (170 × 110) uicenum binum uersuum exhibentur. Tituli scriptura unciali, rubro colore exarati sunt. Correctiones et additamenta altera manu (satis antiqua) suscepta rarissime occurrunt. Hic codex cum Q (infra p. XIX) exquisite conspirat.

M* Monacensis 6368, membr., saec. VIIII med., fol. 1^r–43^v, mm. 258 × 250 (165 × 166) binis columnis mm. 70/80 exaratus, per alteram manum rarissime correctus, prope integram continet 'Epitomam' Vegetii. Tituli scriptura unciali rubroque colore perscripti sunt; cfr B. Bischoff, Die südostdeutschen Schreibschulen und Bibliotheken in der Karolingerzeit, I. Die bayrischen Diözesen[2], a. 1960, p. 134; de aetate p. 68. Scriptura huius codicis plurifariam euanuit uel euanescere coepit, id quod neque Lang[2] p. XXIIII neque, quantum uidi, Bischoff commonet; sed re uera locis cum multis tum his, ut aliquot exempla ponam, aut aegre aut omnino non iam legi potest: fol. 1^v col. laeua (Capitul. XXVI, u. 47 – I Prol. 4 *utilitate*); 2^r col. dextera (I 3,1 *plebem* – 2 *sub diuo inter*]); 3^v l. (7,8 *honestiores* – 8,2 *utrum*); 8^r d. (26,5 *praecipiendum* – 7 *iubetur*; 27,2 *pedites* – *itineris*); 11^v l. (II 6,10 *in una* – 7,3 *aquilam*); 12^r d. (II 9,2 *ipsius* – 4 *deputabatur*); 15^v l. (II 20,5 *haec ratio* – 21,2 *gradum*); 16^r d. (23,4 *nec inter* – 7 *a signo*); 21^r l. (III 6,12 *Tutius* – 13 *medio*); 26^r d. (III 11,5 *egrediantur* – 6 *conferti*); 42^r d. (IIII 42,2 *aestu* – 43,1 *tantum*). Magnae multitudinis uocum singularum rationem non habui.

P Leidensis Perizonianus F 17, membr., saec. X in. (circ. a. 925) in monasterio Sangallensi exaratus, fol. 66^r–149^r mm. 252 × 185 (210 × 135) uicenum quinum uersuum 'Epitomam' prope integram exhibens. Tituli scriptura capitali q. u. rustica, rubro colore perscripti sunt. 'Litt. init. uiridi, luteo, rubro, caeruleo, purpureo, argenteo, aureo coloribus ornatissime pictae' de Meyier (u. ind. librorum) p. 22, qui, quid hic liber manu scriptus – cuius tenorem Vegetianum F (cfr supra) tamquam speculum reddit – alioquin contineat, accuratissime exponit. 'Epitoma' tribus manibus correcta est, primum ab ipso librario, deinde altera manu paulo recentiore, postremum, id quod rarius factum est, ab emendatore saeculi XV, cfr $Lang^2$ p. XXXIII. Graecis litteris P^1 scriba, ut F^1, bene utitur, sed F^1 praecellit. Scholia annotationesque et inter uersus et in marginibus occurrunt.

Q* Parisinus Lat. 7383, membr., saec. VIIII, fol. 2^r–74^v mm. 210 × 160 (175 × 115) 'Epitomam' Vegetii prope integram tradit; singulae paginae uicenis quaternis uersibus constant. Tituli scriptura unciali exhibentur; ruber color nusquam apparet. Tres, ut uidetur, librarii, duo insuper correctores (saec. VIIII et XV) operam nauarunt. Folia 1–21 et 60–74 partim iam exarata uermiculi inuaserunt; foliorum 66^v–73^v summorum particulas, paulatim partes quindecim mador male affecit. Dimidia prope pars ultimi folii (74) auulsa est. De epistula Frechulphi ad Carolum II ('Caluum') u. supra p. VII.

Q et L codices artissimo inter se uinculo cohaerent.

R Vaticanus Palatinus Lat. 1572, membr. saec. VIIII (a. 825–850, ut uid.) a Lupo Ferrariensi – qui litteras scriptura q. u. capitali rustica exaratas confecit –, ab uno eodemque librario

(fol. 1^r–78^v, R siue R^1), ab uno correctore contemporaneo (R^2), postea manu quadam saeculi XI/XII, ut uidetur, interdum in libris III et IIII correctrice siue supplente obuia (R^3), postremo manu recentissima saeculi XV/XVI (R^4) perscriptus, castigatus, suppletus, mm. 198 × 154 (sec. Jeudy, u. ind. librorum) uersuum duodeuicenum; inscriptionibus rubris decoratus. Et initium et finis mutilus est: accedit in libri I Capitul. XXIII (u. 43); post fol. 78^v *iactantur* (IIII 15,7 fin.) textus primigenius intercidit. Sed iam post fol. 73^v unum folium, libri IIII Capitul. XXXI – cap. 3 tit. continens, pessum iit. Suppleuit R^4 partem q. e. *Praeterea* IIII 19,1 – 41,5 *maculosus* (fol. 80^r–86^v; nos folia numeramus errores in pp. 13, 37, 53 admissos remouendo) plene quidem, sed non sine uitiis. Conferenti ilico clarescit R^4 librariolum in exemplari LQ codicibus proximo innixum esse. Iam inde a fol. 40^v, u. 17 (i. e. III 4,5 *occupare aliquem locum*) propter permulta ac uaria membranarum extremarum damna multifariam R codicis litteratura aut laesa est aut plane interiit; partes perditas restaurare hic illic R^3 sed in primis R^4 scribae nonnumquam insipientius quam doctius conati sunt. Sed etiam orationi integrae R^4 librariolus multa aut supra lineas aut in marginibus adiunxit. Manus quaedam coaequalis in partibus ab R^4 exaratis nonnulla insuper aut annotauit aut super ascripsit. Sigla q. s. R/R^4 uel R^4/R in apparatu meo uoces significant, quibus R^4 aliquid assuit.

Ponam nunc exempla aliquot, quae confirment eum codice LQ libris manu scriptis proximo esse usum (cfr app. crit., in quem rarius lectiones R^4 librarioli rettuli); locis enim, quos enumerabo, LQ solis (de uetustioribus loquor), quamquam a l. IIII 39,2 hic illic etiam supplemento S codicis a consimili exemplari dependenti (cfr p. XXI sq.), consentit:

II 7,4 (u. 227) *adoptati cum eorum uicario*; III 11,5 (u. 743) *antequam* (pro *quam*); 20,10 (u. 1051) *hoc fecerit*; 20,12 (u. 1058) *apertius ut sit*; 26,5 (u. 1326) *quam* pro *nisi*; IIII 7,4 (u. 171) *leuis suspicio sit pulsacionis*; 8,1 (u. 195) *praeparare*; 14,4 (u. 288) *effert* pro *exerit*; 20,2 (u. 386) *superaret*; 21,2 (u. 402) *caueniani*; 21,6 (u. 414) *longior quidem sed*; 22,4 (u. 432) *tanto magis*; 30,4 (u. 564) *collecto numero*; 32,1 (u. 603) *deni* om.; 34,3 (u. 631) *etiam* om.; 35,3 (u. 640 sq.) *quod preter omnium architectorum doctrinam cotidianus*; 39,2 (u. 716 sq.) *a die – Kal. Iun., Arcturi – in* om.; 39,5 (u. 726) *conturbantur*; 40,2 (u. 746) *scire* pro *nosse*; 41,3 (u. 766) *ac lucidus* om.

Qui plura et explicatiora de singulis desiderabit ad ea delegamus, quae Ch. E. Finch p. 23 sq. et C. Jeudy (cum aliis) p. 229 sq. (u. ind. librorum) disseruerunt.

S et s Vaticanus Palatinus Lat. 1571, membr., saec. XII, in Germania, ut uid., scriptus, mm. 245 × 165 (sec. Jeudy), fol 1r–36r 'Epitomae' Vegetianae I in. – IIII 39,1 *intractabiles sunt* (cfr V infra)[18], fol. 47v–49v altera manu priori consimili (ut primo oculorum obtutu eandem esse arbitreris), sed paulo recentiore IIII 39,2 (u. 715 sq.) *Id est* – 46 fin. *monstrauerat* exarata continet. Singulae paginae tricenis septenis constant uersibus; tituli rubro colore exornati sunt. Librarius ipse adiutore quodam aetatis paulo inferioris menda scripturae resarsit suppleuitque. Postremam partem, cuius facta est mentio (IIII 39,2–46 fin.), s littera significamus. Accurate legenti euidens fit ipsam quoque ab exemplari LQ codicibus affini emanare, quod etiam in primigenia pro

18 In margine folii 36r manus recentior: '*Require in penultimo folio libri ubi habetur: id est portum pliadum*'; sic, non ut Jeudy p. 228 annotat, 'post ortum Pliadum'. Etiam in complemento fol. 47v *Id est portum pliadum* scriptum legitur, ubi *p* uocis *portum* subtilissima linea in *post* (*p'*) mutatum est.

adiumento uel supplemento quin adhibitum sit, uix est, cur dubitemus; cfr app. crit. Plura de hoc codice Finch p. 25 sq. et Jeudy p. 228 sq. (u. ind. librorum).

T (*Π* Lang) Vaticanus Palatinus Lat. 909, membr., saec. X ex., in Italia scriptura Beneuentana binis columnis undetricenum uersuum exaratus, coloribus diuersis exornatus, fol. 306^{r}–359^{v} mm. 335 × 240/250 (sec. Jeudy) 'Epitomam' Vegetii integram continet. Saeculo XI in Germaniam translatus Henrico III(?) imperatori dono datus est; cfr Lang^{2} p. XXVIIII sqq. et Jeudy p. 83, qui ea, quae hoc codice reliqua traduntur, multasque alias res ad eum pertinentes accurate disserunt. Orationis Vegetianae exaratio, perquam ambiguae fidei, correctionibus, additamentis, glossis per manus primam et recentiores intra uersus interpositis abundat, innumerabilibus erroribus et insipientissimis quidem propriisque somniis scatet, quae Lang necessitate uix coactus in apparatu critico indefessus coarceruabat.[19] Nos ad librum primum haud pauca (ad ceteros paucula) exempla istius corruptelae proferemus. Mirabile sane est complures aureas miculas[20] in tan-

19 Vt supra dixeramus (ann. 11) raro haec tam uber collatio erroribus turbatur; hos solos repperi; p. 17,10 L^{2} 'principium' perperam (*principum* re uera scriptum legitur); 18,10 '[illos] ipsos' (*tyrones ipsos*); 32,8 'auersis' (*aduersis*); 57,4 'postquam ita' (*post quanta*); 68,5 *Ne* T quoque; 126,13 'defuerunt' (*defuerint*); 127,13 'Quomodo' (*Quando*); 145,4 'cadat' (*decidat*); 155,7 in app. 'uulturnum dicunt' (uulturnum *uocant*); 159,14 'plenas' (*plenos*); 161,6/7 'recurrentis' (*reciprocantis recurrentis*); 165,1 'Bipennis' (*Bipinnis*).

20 Quas aut solus, uelut II 7,8 (u. 240) *qui*, III 10,2 (u. 647 sq.) *propagantur prouincie conseruatur imperium*, 14,16 (u. 854) *accensos*, aut cum g codice (cfr infra) uel aliis paucissimis communes T tradit, cfr III 3,8 (u. 194) *horreorum* (FTadg),

tis scrutis reperiri. Lang et iure de 'nonnullis huius libri singularis optimaeque notae locis' loquitur (p. XXXI) et rursus taedio captus 'audaciam' ac 'procacitatem' librarii increpitat, qui 'sescenties quasi insani cuiusdam hominis arbitrio usus cum multa temere corrigeret, tum noua prorsus ex lubidine Vegetio inculcauit; cuius quidem librarii intemperantiae in unaquaque fere pagina periculum feceris' (p. XX sq.). De consimili indole ac natura g codicis, quem artum affinitatis uinculum cum T conectere censeo, u. infra p. XXV sqq.

V Vaticanus Lat. 4493, membr., saec. VIIII/X, mm. 260 × 173 (210 × 125) foliis 1^{v}–6^{v} 'Epitomae' I in. – 20,8 *Sed gra* (u. 483; hic unum folium excidit), 7^{r}–41^{v} I 23, 2 *papiliones* (u. 567) – IIII 39,1 *intractabiles sunt* (u. 715) continet; in capitulatione q. u. libri IIII capita XL–XLVI desiderantur. Tituli scriptura q. d. capitali rustica, rubro colore exarati sunt; singulae paginae tricenis constant uersibus. Correctiones et additamenta longe rarissima sunt. D et V codices artissime inter se cohaerent.

b. De recentioribus in hac editione adhibitis

a Gothanus Memb. II 113, membr., saec. XIII, fol. 1^{r}–13^{r} 'Epitomam' Vegetianam ab initio usque ad l. IIII 44,6 fin. *inimicos* (u. 826) binis columnis quadragenum quinum uersuum complectitur (260 × 195 mm. [200 × 155]). Tituli rubro colore exarati sunt. Manus recentior in fol. 1^{r}–1^{v} inter lineas et in margi-

24,14 (u. 1269 sq.) *uel – conuenit* Tg, 26,33–34 (collocatio membrorum, u. infra ann. 22), IIII 24,5 (u. 476) *operi* Tg, 40,5 (u. 754) *Transitus quoque* Tdeg, 41,1 (u. 762 sq.) *de tranquillo* eqs. Tdg, 41,2 (u. 764) *ostendit. Rubicundus* Q^{c}Tbdeg.

nibus pauca annotauit. Ex Bibliotheca Bartholdi Nicolai Krohn, past. Hamburg.

b* Guelferbytanus Gudianus Lat. 15, membr., saec. XIIII (a. 1332) in 35 foliis mm. 337 × 232 (quorum ultimae paginae dextera columna uacua est) in binas columnas distributis, quae tricenis senis uersibus constant, 'Epitomam' Vegetii integram – paucis praetermissionibus exceptis – tradit. Verborum contextus correctionibus et additamentis caret; desunt capitum inscriptiones, sed numeri eorum ac primae cuiusque litterae rubro uel caeruleo coloribus decorantur. 'Schwebelio Guelpherbytanus C' Lang p. XLI (cfr app. crit. eius ad I 3,1). Fol. 35^{v} *Flauij* et quae sequuntur manu paulo recentiore exarata sunt: *Flauij* eqs. u. app. crit.; tum *Explicit manu Bricij briton. clerici perscriptus die Veneris post festum Natiuitatis beate marie Virginis. Anno Dominij millesimo trecentesimo xxxij°. Qui scripsit sit benedictus. Amen.*

c* Guelferbytanus Gudianus Lat. 201, membr., saec. XIIII, integer, fol. 1^{r}–51^{r} mm. 220 × 145 'Epitomam' complectitur. Paginae singulae 34/36 uersibus constant; correctiones et additamenta rarissime occurrunt. Capitum tituli colore rubro exarati sunt. 'Schwebelio Guelpherbytanus B' Lang p. XL.

d* Parisinus Lat. 7232, membr., saec. XIIII, in Italia pulcherrime scriptus, postea in Francogalliam translatus, bratteis auri et coloribus uariis, titulis colore rubro pictis exornatus, fol. 1^{r}–79^{v} mm. 155 × 220 (90 × 140) uicenis quinis uersibus exaratus, integer. Inter lineas et in margines correctiones uariasque lectiones ('alibi') non admodum crebras et manus prima et recentior quaedam inseruit. A Langio 'examinatus sed paucis locis adhibitus' (p. XXXVI), quamuis multifariam praestantissimus sit. Unus omnium a me adhibitorum

uerba q. s. *continuis – cum* (editoribus ueteribus nota) IIII 7,2 (u. 166 sq.) tradit.

e* Gissensis 1256, chartaceus, sec. Shraderum sub num. 42 a. 1463 Lutetiae Parisiorum scriptus, fol. 154^v–202^r (sic re uera; numeratione enim hodierna folii 165 sub 164^v praetermissa 165 eqs. pro 166 eqs. per errorem subsecuta sunt) mm. 140 × 210 (90/91 × 145) uersibus tricenis ternis 'Epitomam' integre exaratam continet, multifariam praestantissimus, a Langio 'examinatus sed paucis locis adhibitus' (p. XXXVI). Inscriptiones capitum colore rubro exhibentur; additamenta uel correctiones perquam paucae apparent. J. V. Adriano in 'Catalogo codicum manuscriptorum Bibliothecae Academicae Gissensis' (a. 1840) 'satis negligenter scriptus' cum dicit (p. 379), non assentior.

f* Trevericus 1083/105, chartaceus, saec. XV, exceptis praetermissionibus aliquot integer, fol. 119^v–183^v mm. 215 × 155 (160 × 95) undetricenis uersibus 'Epitomam' Vegetii, ceteris partibus Sallustii, Ciceronis, Hieronymi, recentiorum scripta aliquot tradit (cfr G. Kentenich, 'Die philologischen Handschriften der Stadtbibliothek zu Trier', a. 1931, p. 9 sqq.); quod ad 'Epitomam' attinet, rubro colore nihil omnino decoratur. Rarissime notae in marginibus, rarissime correctiones occurrunt. De epistula illa Frechulphi Lixouiensis fol. 119^r–119^v tradita u. supra in ann. 7.

g* Monacensis Lat. 522, chartaceus, a. 1468 ab Hartmanno Schedel scriptus (u. C. Halm et G. Laubmann, 'Catal. codd. Lat. Bibliothecae Regiae Monac.'[2], tom. I:1, a. 1892, p. 146), fol. 79^r–145^r mm. 207 × 150 (142 × 93) 'Epitomam' Vegetianam uersibus 31/33 cuiusque paginae, inscriptionibus rubris integre exaratam continet. Ambiguae fidei. De ceteris scriptis

(ut Daretis Phrygii Hist. Troiana, Petrarchae aliquibus, al.) eodem codice traditis u. Catalogum Halmii et Laubmanni.

De licentia seu scribae siue eius, qui exemplar, quo usus est, composuerat, in initio ac fine 'Epitomae' ordinando conspicua u. apparatum criticum ad p. 1 et ad IV 45 pertinentem, sed prope parui sunt haec aestimanda cum immoderata illa intemperantia textus tradendi comparata, quae, ut suspicor, iam in eo fonte Tg codicum communi, qui e *β* hyparchetypo (u. infra) recta emanasse uidetur, paulatim enata erat[21]; sed insuper aut g codicis scribae, Hartmanno scilicet Schedel, aut exemplaris, quod exscribebat – neque hoc nec g ipse ex T deduci potest, u. infra – aut utrique complures libri manu scripti *ε* et *π* classium (u. infra) euidenter praesto affuerunt, ex quibus contaminationis, ut usus philologus fert, ratione permulta uicissitudine quadam aut in uerborum contextum aut in margines intromittebant (his de rebus fusius infra p. XXXIII sq. disputabimus). Sed ut in T, ita in g codice paruae quasi quaedam margaritae orationis Vegetianae reperiuntur, uelut II 18,6 (u. 479) *uiguit*; IIII Capitul. XLIIII (u. 65) *naualibus* (cfr insuper ann. 20); tamen

21 Vt unum ponam exemplum, IIII 17,3 (u. 330–332) afferam, ubi cum omnibus excepto T codicibus Lang recte: *His* (sc. turribus ambulatoriis) *plures rotae mechanica arte subduntur, quarum lapsu uolubili magnitudo tam ampla moueatur.* Tg excutientibus apparet per patrem, ut ita dicam, communem scilicet fontem, *His autem* pro *His* (Tg), *quas* pro *quarum* (!, Tg), *moratur* pro *moueatur* (!, Tg) menda tradita esse, cui corruptioni amplificandae filioli pro se quisque operam dederunt *crates* (!) scilicet pro *plures* (T), *immobili* (!) pro *uolubili* (T), *subducuntur* pro *subduntur* (g) scribendo; hic tamen *moratur* istud per *moueatur* (fort. e margine exemplaris electum) super ascriptum correxit. Sed talibus apparatum meum criticum oneratum iri ne exspectes.

ualde dubito, num Schedelio eas seu cunctas uarias illas lectiones debeamus, quamuis tum temporis, cum hunc librum manu scriptum duodetriginta annos natus conficeret, hominem doctum fuisse possimus opinari. Vtcumque, maximo arbitrio uitia erroresque exemplarium – qui T codicis menda longe superauerunt – aut silentio praeteriit aut minore quam par erat cura aut omnino frustra corrigere uel interpretari conatus est; cfr infra p. XXXIII sqq.

R[4] V. supra p. XX.

Codices supra descripti qua ratione inter se cohaereant disseritur

Sedecim codices uetustiores (saec. VII–XI in.) in 'Epitoma' Vegetiana constituenda adhibui, quorum decem (ADEGLMPQT [= *Π* Lang] V) Lang continuo, duos (CH) hic illic respexit. Recentiores quoque aliquot (d et e strictim L., abcdefgR[4] Oe.) excussimus, sed minimus hic quidem numerus est eorum, qui exstant; omnium autem rationem conferre – opus sane Herculeum id quidem – neuter ualuit. Apographa nec uetustiora nec recentiora deprehendere potuimus.

Ex hoc profectus fundamento duo hyparchetypa, *α* et *β*, ex uno archetypo (saec. V in.)[22] deriuanda censeo; ex *α*

22 Quod mendorum immune non fuisse indicant loci q. s. I 1,1: *In omni – uictoriam* praepostere summarii *subnectit* (u. 11) subsequitur; cfr III 26 (u. 1384 sqq.): Comma 33ium ante 34ium (primus emendate edidit Lang cum T) soli Tg, reliqui uersa uice ponunt, quod mendum archetypi, ut mihi uidetur, in exemplari horum codicum (cfr p. XXXIV sq.) correctum est. III 6,5 (u. 330) et 10,7 (u. 668) *per-* pro *prae-* exaratum erat (de tali confusione

autem fonte duos quasi quosdam riuos, ε (i. e. codd. ABCGHLMQ) scilicet et π (i. e. codd. DFPRSV; Langium secutus DV, quibus nunc accedunt RS, δ littera significo), ex β T et g (ac, nisi omnia me fallunt, d et e quoque; imprimis locum q. e. IIII 46,7–9 considerari oportet) emanasse iudico. T autem codex (= *Π* Lang) in π familia (i. e., ex Langii sententia, DP*Π*V) includi non potest, cum et innumeris paene erroribus propriis et compluribus scripturis melioribus, quin etiam palmaribus (u. ann. 20) et ab ε et a π discrepet; ante omnia de recta membrorum collocatione III 26,33–34 (u. 1384 sqq., u. ann. 22) et de pleno capitis 46 libri IIII uerborum contextu (u. 871–876), ubi praeter Tdeg ceteri lacunam exhibent, commonendum est. Sed Lang in capite, quod inscribitur 'De codicum generibus affinitatibusque' (L.[2] p. XVI sqq.) non solum in codice Vaticano Palatino 909 aestimando aberrauit, sed etiam in aliis neglegenter uel praepostere uersatus est; ut exemplum afferam, p. XXI cum dicit: 'quem (i. e. P) cum eodem iure etiam ad ε genus referas', non uiderat cum multos locos tum IIII 37,5–6 id contendi uetare.

Agmen ε codicum non modo subscriptio illa Eutropii, librarii Constantinopolitani[23], sed etiam praetermissiones

cfr TLL 10:2,441,53; 452, 74). III 7,6 (u. 450) archetypum haud dubie *sociis* tradebat (*loris* luculentissime coniecit Stewechius); 14,14 (u. 848) *Fustibalus* excidit; 18,14 sqq. (u. 977 sqq.) magna perturbatio contextus exstiterat, u. app. crit. (primus enodauit Lang[2]). Loci dubii sunt I 22,2 (u. 553 sq.), quo G, et III 9,3 (u. 571) quo dg emendatum uerborum textum tradunt et incertum an formis innixi, quae a margine archetypi repetendae sint. Cfr et I 5 u. 176.

23 Cfr p. V. Hanc Langii p. XVII propositam conclusiunculam non possum non repudiare: 'Sequitur, ut etiam π genus ad Eu-

aliquot atque lacunae a π caterua separant[24], quarum nominandae sunt II 23,3 (u. 599 sq.) *sed – contubernales* om. ε; III 14,16 (u. 854 sq.) *quos – nominabant* om. ε; 15,5 (u. 879–882) *Si autem – tenebit exercitus*; hoc comma in *aβ* traditum esse testantur RSTVadeg; in D et P codicibus (nam F hic mutilus est), ut in ipso ε, propter homoeoteleuton excidisse apertum est; 26,25–26 (u. 1367–1369) *equites – per* om. ε; IIII 37,5–6 (u. 669–674) *Ne tamen – explorantes* om. ε. Contra in lacunis communibus IIII 7,2 (u. 166 sq.) *continuis – cum* et 46,7 (u. 871–876) *cum – agrarias* ε et π (quorum IIII 46,7 FP remanent soli) conspirant. Nec difficile erit apparatum criticum perlustranti sibi persuadere 'in ipso uerborum contextu in adeo multis consentire uitiis, ut ex uno eodemque archetypo eoque iam deprauato ε et π non fluxisse non possint' (L.[2] p. XVII); id autem 'archetypum' *a* hyparchetypum fuisse contendo, quod nescio an π scriba saepius quam ε recte interpretatus sit et exscripserit. Sed hac de re uiri docti aliter senserunt. Nam Lang haud ambigue de π hunc in modum loquitur: 'Quem pleniorem atque correctiorem quam ε fuisse ut iam supra dictum est, ita qui leuiter, quae inter ε et π intercedunt, discrepantias percurrerit, hunc codicum ordinem pro fundamento instituendae criticae editionis habendum iudicauerit. Sed aliter res se habet. Primum antiqui libri, qui ad hanc classem pertinent, longe pauciores sunt, unde fit, ut traditarum lectionum origo et progressus hoc in ordine minus sit perspicuus;'

tropii librum reuocetur, sed ita, ut per neglegentiam subscriptionem illam in archetypo huius classis omissam statuamus.'

24 Iis inter ε (uel singulos huius classis codices) et π discrepantiis intercedentibus, quas Lang[2] p. XX subiecit, multae superaddi possunt, uelut II 13 tit. (u. 362) uel III 18,14 sqq. (u. 977 sqq.), u. app. crit.

(quae ratio hodie non iam in ueram rem conuenit) 'deinde quicumque diligentius naturam huius classis perscrutabitur, singulis, quibus *ε* et *π* differunt, locis accurate consideratis atque expensis, ita eam comparatam reperiat necesse est, ut ... ab ingenioso quodam homine scriptus (*sic*) uideatur, qui cum haec illa, quae haud probe mente adsequeretur, suo arbitrio atque emendandi studio interpolaret, tum antiquitus tradita uitia, quae adhuc in *ε* seruantur, non semper feliciter corrigeret' (p. XVIIII sq.). Tamen neque huic classi obtrectare neque *ε* fauere se uelle obtestatur: 'Ex his igitur, quae de archetyporum *ε* et *π* (*π'*) condicione disputauimus, in constituendo textu neque unum potissimum codicem neque unam solam classem sequentibus id nobis agendum putauimus, ut in dubiis utriusque generis naturae ratione habita, quid legendum esset, statueremus, in orthographicis uero A codicis scripturam adoptaremus' (p. XXIII). Vtcumque, A. Andersson, cuius commentationem a. 1938 publicatam magni facio, 'eum (sc. Langium) in editione epitomae rei militaris memoriam *ε* codicum minoris, *π* codicum pluris quam debuit aestimasse' arbitratur (p. 1). At commoneamus hoc iudicium[25] et in Langii apparatu critico errorum uitiorumque pleno et in ea opinione esse collocatum, *Π* (nobis T) codicem *π* generi attribuendum esse. Nec possum facere, quin in iis, quae p. 1–20 'de archetyporum utriusque generis fide atque auctoritate' exponit, i. e. '*ε* codices auctoritate *π* codicibus multo praestare' (p. 1), magna ex parte argumentationem mihi uidear cognoscere, quae in orbem quodammodo circumagitur ac saepe eo ipso, quod erat probandum, pro argumento utitur.

25 Quod non sine causa miratur Lammert (1940, u. ind. librorum) p. 76.

M. Manitius[26] p. 667 de exemplari Frechulphi Carolo 'Caluo' q. u. dedicato haec dicit: 'Er habe des Flavius Vegetius Renatus Werk über das Kriegswesen ohne Zuhilfenahme eines zweiten Exemplars korrigiert; das eine, das er gefunden habe, sei durch die Gewissenlosigkeit der Schreiber so korrumpiert, daß weder der Text bleiben, noch richtiges Verständnis aus ihm gewonnen werden konnte (cfr supra p. VII). – Diese Rezension Frechulphs stützte sich also, wie ihr Hersteller erkannte, auf einen schlechten Text und ist der Archetypus für eine ziemlich starke Familie von Vegetius-Hss. geworden.' Quibus uerbis qui legit inducitur, ut Frechulphum pro compositore ε hyparchetypi habere debeat; quod non ita bene quadrat in id, quod 'satis apparere' putat Andersson, 'archetypum' scilicet 'π codicum interpolationibus coniecturisque inquinatum fuisse, archetypum autem ε codicum mendorum quidem plenum sed a correctionibus consulto factis liberum fuisse' (p. 20)! Sed meo quidem iudicio uterque errat; cfr supra de Anderssonii argumentatione quid sentiam, et B codex testimonio est ABC librorum manu scriptorum exemplar iam circiter annum 800 p. Chr. n. exaratum esse.

Recte Lang p. XVIII sq. docet eos codices, quos nos siglis ABC notamus, inter se consentire; quamquam neque 'ad uerbum fere' cum eo dixerim et insuper reprehendere cogor, quod in his, ut in ceteris (et maxime in G), manus correctrices, et plerasque quidem primis coaequales, aut leuiter tractauit aut penitus neglexit. Eidemque 'quibuscum (i. e. ABC) etsi artissime cohaeret Monacensis 6368 eiusdem aetatis nobis M, tamen non ex eodem libro descriptum esse' affirmanti (p. XVIII sq.) assentior; porro G

26 V. supra p. VII sq. cum ann. 7.

et H libri manu scripti, ut Lang uidit, strictissimo inter se uinculo (quamuis non in omnibus lectionibus conspirent) coniunguntur. Sed miror uirum doctissimum L et Q ut 'deterrimam familiam' et 'mirum quantum interpolatos ac deprauatos prorsusque nullius pretii' despicere (p. XVIIII), praesertim cum locis nonnullis iam ex ipsius sententia aut soli ex uetustioribus, uelut II 1,4 *lusoriarum,* 23,6 *meditentur* (Q), IIII 37,3 *habeant,* aut cum singulis uel paucis e ceteris optimam tradant scripturam, uelut 66,2 L.[2] *Mithridatis* cum FM, 112,2 L.[2] *seruauit* cum G (sed *-bit* H quoque cum ceteris!), 136,2 L.[2] *substruendae* cum MT, 145,24 L.[2] *inruptioni* cum T, 164,13 L.[2] *qui* cum T; cfr 58,18 L.[2], ubi *aëre turbato* LQ soli ex *ε* codicibus recte tradunt (itidem II u. 36 sqq. et III 8,4, u. app. crit.), 93,21 L.[2] *Martis,* ubi *marti martis* A^1BC^1GHM (corr. A^cC^c), i. e. sic sine dubio in *ε,* sed correxerat confestim librarius LQ codicum, IIII 34,3 *tepore,* quod L.[2] adoptat LQ innixus (*tempore* Oe. cum ceteris, a exc.).

De *π* codicum agmine haud multa addi necesse uidetur (cfr et ad codd. singulos et supra p. XXVIII sq.) nisi quod F et P saepenumero suam ipsi uiam communem ingrediuntur[27] ('ualde cum *λ* familia [i. e. LQ] *ε* classis contaminatus' uix accurate L.[2] p. XXI de P, quem non semel falso reddit) et D, ut iam indicauimus, haud raro

27 Tamen hic illic dissentiunt, uelut in inscriptione operis (u. app. crit.); I 20,20 (u. 514) *Missilibus* P, *Missilia* F; II 15,4 (u. 402) *quos* P, *quas* F; 24,2 (u. 651) *ac* P, *et ad* F; III 2,10 (u. 155) *posset* F, *possit* P; 3,8 (u. 194) *horreorum* F, *aureorum* P; 8,1 (u. 473) *considere* F, *considerare* P; 8,4 (u. 488) *constitues* F, *-ens* P; 8,19 (u. 543) *agrarias* P, *angarias* F; 9,6 (u. 585 sq.) *accommoda* P, *in-* F; 9,11 (u. 600) *comites optimaresque* (sic) *sint* F, *comites qui sint* P; IIII 10,2 (u. 239) *fontium* F, *montium* P; 39,3 (u. 721) *propior* F, *proprior* P. Quapropter F scribam, hominem diligentissimum, P codicem exscripsisse non existimauerim.

contra RSV cum ε uel aliquibus huius classis spatiatur ('aliquatenus cum *a* familia [i. e. AGM codd.] classis ε contaminatus' L.[2] 1.1.).

Vt iam dixeramus, non dubitari debere censemus, quin T codex ex alio hyparchetypo quam ε et π deriuandus sit. Ex archetypo autem eius, *β*, haud paucos libros iunioris aetatis quoque fluxisse pro credibili sumo (sed singula persequi hoc tempore nequii). Quid hic illic d et e ad lectiones T codicis corroborandas ualerent, partim iam Lang statuit (e. g. ad IIII 46,7–9; qua re commotus d et e p. XXXVI 'classi π' attribuit); accedit nunc Monacensis Lat. 522 (= g, u. p. XXV sqq.), quem, ut d et e, omnibus locis grauioribus recensui. Notissimum est multos codices saeculis XIV et XV exaratos in operibus antiquis tradendis haud raro scripturas palmares (sic in 'Epitoma' praecellit locus q. e. IIII 39,4–5 *Taurus. A*) miserabilibus mixtas praebere; quod ad opusculum attinet, quo Romanorum ars bellandi euoluitur, haud paruam inter primores quosque ciuitatum communicationem et uicissitudinem exstitisse uerisimile est, qua exemplaria male mixta, deprauata, contaminata efficerentur. Cuius rei exempla utilia ac fructuosa T et g codices offerre – cfr iam ann. 21 – demonstrare conabor.

Hunc illius apographon esse quominus arbitremur et lacunae q. s. *balnearum – ignara* I 3,1 (u. 127/8), *Praeterea – curabantur* II 10,3 (u. 301–302), *magis – quanto* III 11,2 (u. 732), *tota – quo* III 18,2 (u. 947), Verg. Aen. 2, 354 III 21,6 (u. 1140), *quaerat – loca* III 26, 25–26 (u. 1366–1368), ubi g plenum textum tradit, et permultae lectionum differentiae obstant[28]. Inter has obseruandae sunt

28 Longum est summarium ineptiarum, quas g solus in ipso uerborum textu, partim sine additione uariarum formarum

I 3,5 *Persius et trepida ante boues dictatorem induit uxor. et tua aratra domum lictor tulit* (cfr Pers. I 74 sq.) T, om. g; III 24,7 *minucius centurio quarte legionis primus astatus* (cfr Oros. IIII 1,10) T, om. g, quae Hartmannum Schedel, si exemplar commune in textu obtulisset, praetermissurum fuisse non est, cur putemus. Idem sentio de III 24,6 (u. 1240) *Italia* (*Africa* rell.), IIII 39,8 (u. 732 sq.) *octauo igitur kalendas ianuarias* pro *natalem uero* (obuersabatur animo auctoris huius uerborum immutationis natalis Christi), 41,6 (u. 776) *summopere* pro *diuino paene.* Ac rursus tot scripturis aut palmaribus – cfr e. g. III 26,33–34, supra ann. 22 – aut peruersis et quae in ceteris 'Epitomae' codicibus hic adhibitis non prodeant inter se coniunguntur, ut communem fontem poni necesse sit.

Tamen recta uia a *β* profecti esse mihi non uidentur (ipsos enim scribas T et g codicum tam leues tamque praecipites laborem suscepisse apparet, ut sponte sua in oratione Vegetiana operam studiumque collocare potuisse non arbitrer). Primum exempla nonnulla afferam, e quibus patebit hos quasi Castores pro nepotibus, non filiis *β* hyparchetypi habendos esse; omnibus his locis exc. III 10,8 *β*, ut d et e codices testantur, textum Vegetianum integrum et incorruptum tradidit: II 8,4 (u. 259) *secundus* falso addunt Tg: *Princeps autem secundus primae cohortis;* III 10,8 (u. 677) *instratis* (*in stratis* g) *equis* pro *de-* (*distrac-*

emendatarum, praesentat, componere; pauca seligere libet: III 15,2 (u. 874 sq.) *melius est secundas* (in marg. *plures*) *acies expandere facere quam milites expandere* (in marg. *spondere*); 20,1 (u. 1020) *Repugnancium* (septem sunt genera uel modi); 24,7 (u. 1244) *vim* pro *et bini* (hoc in marg.); IIII 23,1 (u. 445) *colant* (*calcantur* in marg.!); 26,5 (u. 507) *Exemplum Nam* (*Nuper* T); ib. *ingressi capitolium arte* (in marg. *capitolinam arcem*); 30,4 (u. 564) *Qua* (umbra!) *collecta;* 30,5 (u. 568) *Quo ad oppugnandum.*

tis d et e cum plurimis); 10,23 (u. 722) *audiuit* T pro *erudiuit, adiuuit* g (sed *erudiuit* in marg.); 11,9 (u. 758 sq.) (*sudantem cum alacri, currentem cum eo qui steterit* Veg.) *sudantem cursuque alacriter* (*-i* T) *currentem cum eo qui steterit;* 20,1 (u. 1022) *quia* falso additur: *fronte longa quia quadro;* 21,2 (u. 1126) *lapsis* pro *clausis* (sed *cl.* in marg. g); 22,9 (u. 1171) *repedauerint* T, *trepidauerunt* g, utrumque insipientissimum pro *se parauerint*; 22,16 (u. 1195) *compedes* pro *concaedes* (*-i-*, hoc in marg. g); 22,18 (u. 1202) *desertumque* pro *deceptumque*; IIII 46,9 (u. 876) *de rostris* pro *De lusoriis.* Non igitur dubitari debet, quin in eum uerborum contextum, quem Tg tradunt, et menda irrepserint et multae lectiones uel ex δ uel ex π (rarius ex ε) insertae seu partim in exemplaris margines allatae sint; ex ε e. g. IIII Prol. 5 (u. 84), ubi *etenim usque* (sic ABCGHM pro *et tenemus quae*) g in marginem intulit.[29] Et corruptae et emendatae ea contaminationis ratione ex aliis codicum familiis – et insuper, ut coniectari licet, ex libris manu scriptis nobis penitus incognitis[30] – sine discrimine et in textum ipsum et in margines exemplaris Tg codicum influxisse uidentur. Cum T nullas uarias uel extraordinarias formas in marginibus apposuerit, in g plus quam 120^{ies} id factum obseruamus, cfr iam supra uel e. g. III 2,10 (u. 152) *in pluuiis* (!) g, sed in margine *in planis* cum ceteris; 6,34 (u. 426) *transfugas mutare* (!) g, in marg. *explorare soleat uerum proditores* cum δ, cfr app. crit. et ad

29 Casus maxime conspicuus subscriptio illa Eutropiana est (cfr supra p. V sq.), quam g scriba ex codice quodam ε agminis (uel e margine exemplaris) exceptam alteri subscriptioni q. e. *Flauij Vegetij Renati – finit feliciter* (u. app. crit.) = FP (nisi quod *EXPLICIT* FP, non *'finit feliciter'*) praeponit.

30 Exemplum illustrissimum ex uoce illa *sacrum* in inscriptione operis per Tg tradita constat, u. supra ann. 1.

u. 194; IIII 34,1 (u. 625) *ambiciosam* (!) g, sed in marg. *vitiosam* cum ceteris. Non penitus negarim, quin Hartmannus Schedel seu incuria seu codices fortasse mutuos quosdam summatim perlustrando uarietatum abundantiae aliquid conferre potuerit.

Ac rursus cum T solus contra deg scripturas peruersas in uerborum contextu tradit, statuere uidemur posse aut exemplar commune neglegenter uel falso legisse – uelut *militaris neglegentiis* I 28,7 (u. 663) uel *pyras* IIII 31,6 (u. 595) uel *non solum* ib. 38, 5 (u. 686) uel *Portenta* ib. 41,6 (u. 774)[31] – aut e copia uarietatum exemplaris perpe-

31 Nam leuiora, ut interpunctiones uerborum Vegetianorum, silentio fere praetereo, nisi quod unum locum, III 5,6 scilicet, militarium rerum respectu attacturus sum. Nec T codici nec ceteris, quod ad uocum distinguendarum usum attinet, semper fides adiungi potest. (Cfr de his rebus e. g. H. Foerster, Abriss der lateinischen Paläographie², Stuttgart 1963, 248 sq.) Sunt loci, quibus omnes codices bene ac non sine causa conspirent, sunt autem multi quoque, ubi inter se dissentiant. Ad postremum ipsi, qui scriptum aliquod antiquum edit, singulae sententiae ratione logica et grammatica explicandae et paleae, ut ita dicam, a tritico segregandae erunt. Interpunctionem codicis Palatini Lat. 909 nequaquam ubiuis fide dignam esse cum numerosi loci tum III 5,6 probant: quem ita contorquere, ut dicas Vegetium hic bucinam 'as a straight trumpet' descripsisse – ut quidam uoluerunt, cfr Meucci et Speidel, u. conspectum librorum sub c.) – absurdum est et pro exemplo ad deterrendum accommodatissimo nominandum –: nam omnes codices, et uetusti, T excepto, et recentiores h. l. eo modo uerborum textum praebent, quo a Langio constituitur: *Semiuocalia sunt quae per tubam aut cornu aut bucinam dantur.* Haec sententia commode per sequentia ita definitur: *Tuba* (sic codd. exc. M, ubi *tuba*) *quae directa est appellatur*; *bucina* (*Bucina* ABCDFPSbg) *quae in semet aereo circulo flectitur*; *cornu* eqs. (atque hoc modo praeter T cuncti codices exc. ef, qui distinguere generatim supersedent, interpun-

ram selegisse, uelut I 7,2 (u. 210) *sectare miliciam* (in marg. g quoque) pro *sociare militiae* uel III 11,1 (u. 729) *Omissis,* ubi g *ob* supra *Pre-* addidit. III 5,9 (u. 295), ubi *nota* in T pro *mutata* (g et *π*) scriptum inuenimus, cum *ε*bce et Langio *mota* (*qua utitur ueste*) constitui oportere iudico. Haud dubie hic et in *a* et in *β* *mota* cum uaria forma *mutata* tradebatur, nam *mota* etiam in bce, *mutata* in a et d quoque exarata legimus. Sed supra *mutata* g *nota* ascripsit, id quod hanc formam deprauatam in Tg codicum exemplari pro uaria annotatam fuisse confirmat. In f propter consimilem scribae neglegentiam, ut suspicor, potius quam e margine exemplaris alicuius forma q. e. *nota* irrepsit.

Habent enim ita res sese, ut bcf recentiores (et editio quoque Coloniensis, u. infra) *ε* agmini, a *π* classi attribuendi sint, quod cum multa declarant tum loci q. s. III 14,16; 15,5; IIII 37,5–6; 46,7–9, u. app. crit.; sed a codicem e *δ* familia non emanare probat III 24,11 (u. 1256–1257), quem plenum reddit. Cfr app. crit. ad III 26,37 de collocatione commatis q. e. *Agrestem – condantur* (IIII Prol.), in qua P codici (deest F) se comitem adiungit a.

Transeo nunc ad officium editoris haud ita blandum – cui Lang in editione altera defuit; nam in prima p. XVIII et opera et oleum philologiae eius perierat –, ad stemma nimirum codicum subtexendum. Iam ex iis, quae supra exposui, semel ac saepius apparuit cognationes eorum librorum manu scriptorum, quibus usi sumus, non semper

gunt). Sed per T hoc exaratum traditur: (*Semiuocalia* eqs.) *Tu baque directa est*: *appellatur bucina · que insemet ipsa ereo circulo flectitur. tuba* (!). *Cornu* eqs., quod nemo, nisi penitus auersus est a Musis, non uidet neglegentia ortum ac praeposterum esse. (Recentiorum nugas, ut *turba* pro *tuba*, sim., supra non respexi.)


perfecte nec per minutias indagari posse, quod praecipue in recentiores ualet. Sed 'bona causa nullum iudicem uerebitur'.

DE EDITIONIBVS

Vix opus est commonere duas Caroli Langii editiones Teubnerianas, 'Flauii Vegeti Renati Epitoma rei militaris recensuit Carolus Lang, Lipsiae in aedibus B.G.Teubneri MDCCCLXVIIII' (editio altera ibidem apparuit anno MDCCCLXXXV [quae apud nos L.[1] et L.[2] notas habent]) fundamenti loco mihi fuisse (cfr Praefationem).

Sed quinque insuper editionibus 'Epitomae' uetustioribus usus sum: Coloniensi Nicolai Goetzii, quae anno circiter 1475 publici iuris facta est[32], Parisina ex officina Christiani Wechelii (a. 1532; postea et a. 1535 et a. 1553 apparuit), Francisci Modii a. 1580 Coloniae publicata, Godescalci Stewechii a. 1585 Antverpiae primum emissa. Petri Scriverii denique, Stewechio maxime obnoxii, editionem 'Epitomae' 'nouissimam, primoribus omnibus emendatiorem', sed quaestionibus criticis haud

32 Borm, W., Incunabula Guelferbytana, Wolfenbüttel 1990, p. 332 sub num. 2711. Haec ε classi attribuenda est, cfr supra p. XXXVII. 'The *editio princeps* of the *De re militari* is generally conceded to be the edition issued by the Utrecht printers Nicolaus Ketelaer and Geraldus de Leempt in 1473/1474' Shrader p. 283, ann. 12. In bibliotheca Parisina (Bibl. Nat.) sub signo 'Rés. m. V. 45: Trajecti Rheni, N. Ketelaer et G. de Leempt, c. 1473'. Festinanter ibi inspicere licuit, legere non item. In inscriptione et subscriptione huius editionis Vegetius *'Flavius vedatus renatus vir illustris'* appellatur. Cum IIII 37, 5–6 integrum textum praebeat, 46,7–9 lacuna affecta sit, π agmini ascribenda uidetur.


Archetypum
α
β
ε
π
(?)
δ
T
g
d
e
A B C M
G H
L Q
F P
D R S V
bcf Col.
R⁴s
a
○ codices manu scripti deperditi
● codices manu scripti seruati

magnum momentum adicientem, Luguduni Batauorum a. 1644 publicatam, itidem adhibui.[33]

In uerborum textu operis Vegetiani constituendo Wechelius[34], Modius, Stewechius magna ex parte cum congruant – et unicuique quidem nota fuerunt exemplaria et ex *a* et ex *β* hyparchetypis oriunda –, tamen haud raro proprias coniecturas proponunt, Wechelius in marginibus, Modius et in 'Epistola Materno Cholino V. Cl. Senatori et Typographo Coloniensi' (praefationis instar) et in 'Notis' suis (post textum p. 1–62), Stewechius aut in marginibus aut – et imprimis – in commentario opulentissimo facetiarumque pleno. In sua praefatione 'Heroi Ioanni Comiti Salmensi, Lotharingiae Marescalco' dedicata Vegetium se dicit 'offerre, à me amplius trecentis locis restitutum, emendatum'.

Christianus Wechel (an Basiliensis, non satis constat) a. 1522 priuilegium bibliopolae, postea typographi iura nactus a. 1526–1544 plus quam 300 libros libellosque (et plerosque quidem exquisitos) imprimendos curauit; decessit a. 1554[35]. Editionem suam 'Epitomae' hunc in modum inscripsit: 'FLAVII VEGETII RENATI VIRI ILLVSTRIS de Re militari libri quattuor … SEXTI IVLII FRONTINI … AELIANI … MODESTI[36] libri. Item pic-

33 Exemplaribus Guelferbytanis (Col., Scriu.), Parisinis (Wech.), Treuericis Bibl. Ciuitatis (Wech., Mod., Stew.) uti mihi licuit.

34 Wechelium breuitatis causa loquor, quamuis mihi minus simile ueri uideatur, ut typographus idemque 'Epitomae' editor fuerit, u. supra.

35 Cfr 'Allgemeine Deutsche Biographie, 1. Aufl. 1896 (2. unveränderte Aufl. 1971, Berlin)', uol. 41, p. 364 sqq.

36 'Modesti De vocabulis rei militaris ad Tacitum Augustum' adulterinum opusculum mediaeuale est. 'Excerpta ex Ve-

turae bellicae CXX passim Vegetio adjectae. Collata sunt omnia ad antiquos codices, maxime BVDAEI ...' Modius (1556–1597) ipse quoque una cum 'Epitoma' Vegetiana Frontini, Aeliani, 'Modesti' libros imprimendos curauit, 'Omnes quidem post Hermolai Barbari, Budaei, et quorumcumque aliorum editiones diligenter recognitos & emendatos' (sic in inscriptione); in praefatione p. a 3^v sq. scribit se 'manu exaratis libris duobus' (sc. 'Epitomae') comparationis causa esse usum, 'nec cum his tantum manu exaratis composui' (i. e. contuli, sc. Vegetium), 'sed & cum duobus altero Romano, Parisiensi altero, ita vetuste impreßis, vt pro scriptis ferè esse possent; pluribusque recentioribus editionibus, & in illis quae Hermolai Barbari correctionem, quaeque Budaeanorum codicum scripturas praeferunt ...'. Stewechius quoque (1551–circ. 1588)[37] in praefatione commentarii sese dicit 'Vegetium

getio, ut Pomponii Laeti siue unius de eius discipulis libellum illum ex Vegetio detortum, qui uulgo Modesti nomine fertur ... silentio praetermittam' Lang[2] p. XLVII; Schanz (u. ann. 16) p. 197. Hoc quoque cum Frontino et Aeliano Stewechius in eadem Vegetiana editione emisit; apud M. Nisard 1855 (u. infra p. L) p. 639–653.

37 Hic tantus tamque admirabilis uir circiter anno postquam editioni suae Arnobianae, cuius titulus est 'Arnobii Disputationum Adversus Gentes Libri Septem cum Godescalci Stewechii electis' 'Augustae Treuirorum, anno ab orbe redempto M.D.LXXXVII' manum summam imposuerat, in ea urbe demortuus esse fertur ('Nieuw nederlandsch biografisch woordenboek', Negende deel, Leiden a. 1933, p. 1067 sqq.), natus uero esse in Brabantia ('Heusdanum' se appellare consuerat) a. 1557, quem errorem refellit imago eius in initio commentarii Vegetiani impressa, in cuius ora inscriptum legimus: 'A. 1583 GODESCALCVS STEWECHIVS Anno Aetatis XXXII'. Editio autem Arnobiana anno demum 1604 'Antverpiae apud Joach.

restituisse post Hermolaum Barbarum, post Guilielmum Budaeum, & alios' (Praef. 2^r), in commentario p. 258 de 'iis Vegetij editionibus' loquitur, 'quibus Hermolai Barbari, Guilhelmi (sic) Budei, & nescioquorum non prefixa nomina'. Non igitur est, cur miremur, quod Budaeus ille in editione Wecheliana impetranda primas partes egisse, quin etiam ipsius auctor fuisse existimetur.[38] Sed talem equidem nusquam terrarum indagare potui.

Iam Modius, ut supra uidimus, libros manu scriptos duos ac tot impressos se usurpasse narrat. De iis, quos Stewechius[39] et Scriuerius (sex St., octo Scr.) adhibuerunt, u. Lang[2] p. XLVI. Addendum est Stewechii codicum plerosque cum ε agmine consentire uideri; 'Editio Romana, qua Modius vsus fuit' (Stew.), Romae a. 1487 (et rursus 1494) a G. Sulpicio (Sulpizio) publicata erat; insu-

Trognaesium' publicata est; continet in summa prope 450 paginas. Hoc in opere, quod 'Reverendo in Christo Patri ac Domino D. Reynero Imperialis Abbatiae S. Maximini prope Treuirim Abbati, Studiorum Maecenati' Stewechius dedicauerat, multa, ut iam in commentario 'Epitomae', de uita eius, quae uastationibus et iniuriis bellicis illorum temporum uexabatur, de cognatis, de amicis litteratis comperimus.

38 'Budaeus selbst war der Urheber dieser wertvollen Ausgabe' F. A. Ebert de editione Wecheliana in: 'Allgemeines Bibliographisches Lexikon, II, Leipzig 1830' sub num. 23442; 'Édité par G. Budé' et 'Édition Budé' in: 'Catalogue général des livres imprimés de la bibliothèque nationale. Auteurs: Tome CCIV, Paris 1969, Végèce', col. 884 de edd. Wechelianis a. 1532 et 1535.

39 V. in ea pagina, quae primum carmen gratulatorium antecedit, indicem editoris. Tres amici litterati, Gabriel Rolandius Antverp., Gaspar Schuermannus, Franco Esthius Gorcomius, carminibus amplis non modo, ut tunc moris erat, editori opus absolutum gratulabantur, sed etiam tristia fata et fortunas miseras Belgii deplorabant.

per Stewechius sibi 'librum impressum vetustissimum non deteriorem manuscripto' fuisse scribit (ib.); p. 278 de his libris 'duobus VV. impressis' loquitur; 'qui impressi me ferè semper iuuarunt amplius, quàm vlli manuscripti'.

DE INCONSTANTIA ORTHOGRAPHIAE ET DECLINATIONIS

Abhinc sexaginta annos J. Svennung in opere illo quod inscribitur 'Untersuchungen zu Palladius und zur lateinischen Fach- und Volkssprache' p. 103–108 grauibus subnixus argumentis monuit strictam constantiam orthographiae recentioribus demum saeculis p. Chr. n. postulari coeptam esse; neque apud Varronem neque apud Ciceronem neque in Monumento Ancyrano – ut exempla aliquot nominentur – esse conspicuam; et uariationi declinationis formarumque quidem, ut *minores – minoris, partes – partis, praesepibus – praesepiis, febre – febri, ruri – rure, uase – uaso, uespere – uesperi, arbos – arbor, cornum – cornu – cornus* (cfr TLL 4,962, 71 sqq.; infra ad mil. III 20,14), *materia – materies,* sim., nos frequenter, et praecipue in operibus didascalicis scriptorum artium, quae uocabantur, illiberalium occurrere. Quarum rerum a Svennungio prolatam abundantiam suppleuit Å. Josephson in fasciculo 'De re rustica' Columellae quinto (Vpsaliae a. 1955) p. IX–XIII. Quantum ad assimilationem (ut hodierna consuetudo philologa loquitur) uel formas aut assimilatas aut non assimilatas uerborum, quae cum praepositionibus componuntur, inter omnes constat iam Lucilium *accurrere scribas/ dne an c non* esse *quod quaeras* (u. 375 sq.) autumasse; summam id genus inconstantiam per totam Latinitatem uiguisse pa-

tet.[40] Quae Josephson de Columella disserit, eadem magna ex parte in Vegetii 'Epitomam' transferri possunt: 'Cum codices ueteres in uerbis cum praepositionibus compositis saepius formam praepositionis integram praebeant, codices recentiores assimilatam, plures formas non assimilatas in textu meo reperies' (p. XII). Lang quam parum sibi his in rebus constiterit, cuiuis apparet; sic IIII 38,6 (p. 155,2 L.[2]) *summouendam* et 40,5 (p. 159,12 L.[2]) *assolent* fragmento uetustissimi codicis E (ambiguae quidem fidei, u. supra p. XV) obtemperans ceteris spretis legit, ceteroquin aut assimilatis aut non assimilatis formis, sicuti libuit, fauens. Equidem non sine morae dispendiis maiorem uetustiorum codicum numerum formarum continuo computatum respexi. Sed, ut uerbis Josephsonii amici utar: 'Nemo credat me putare hoc modo omnibus locis usum orthographicum ⟨Vegetii⟩ a me obseruari posse; meliorem autem rationem excogitare non possum' (p. XIII). Tamen fieri potest, ut, si per centesimas numeres, codices ueteres 'Epitomae' plures formas uerborum compositorum assimilatas tradere uideantur quam Columellani.

40 Sommer, F., Handbuch d. lat. Laut- und Formenlehre[3], Heidelberg 1948, p. 261 sq.; Leumann, Lat. Laut- u. Formenlehre (u. ind. librorum) p. 193 sq.; Loefstedt, B., Studien über die Sprache der langobardischen Gesetze, Uppsala 1961, p. 195 sqq.; Prinz, O., Zur Präfixassimilation im antiken und im frühmittelalterlichen Latein, in 'Archiui Latinitatis Medii Aevi' uol. XXI (a. 1951) p. 87–115 et XXIII (a. 1953) p. 35–60. Orthographica quaedam improbabilia, uelut *adrianique* I 8,11, *reuma* IIII 42,2, al., *scol(a)e* II 19,1, al., *set(a)e* IIII 9,1, al., non auctori litterato operis, sed archetypi illitterato ascripsi.

DE APPARATIBVS

In singulis paginis prosae orationi Vegetianae – quam in paragraphos distribuendam primus curaui – terni apparatus subiacebunt, siglorum codicum uetustiorum scilicet, ex quo concludere queas, quibus quoque capite inniti potuerim, fontium ac locorum similium (quem itidem primus institui), criticus.

Inter 'nobilissimos' illos et 'probatissimos auctores bellicarum artium', qui 'Epitomae' fontes fuerunt (cfr III Prol. 3; 9,1; 26,34; 35; IIII Prol. 8; 30,5), Catonem, Celsum, Frontinum, Paternum, Varronem Vegetius nominat (I 8,10 sq.; IIII 41,6), quorum scriptorum bellicorum exceptis Frontini Stategematibus plurima perisse constat. Tamen haud pauca, ut praeter ceteros Schenk et Bendz demonstrauerunt, indagari queunt. In apparatu fontium et locorum similium omnia, quae enuclearunt, afferre longum cum esset, ibi praecipue ad Frontini Strategemata locosque nonnullos historiarum selectos relegare libuit, qui similitudinem aliquam bellorum gestorum pugnarumque decertatarum cum iis haberent, quae enarrat Vegetius. Breuiationes Thesauri Linguae Latinae sunt, de quibus, ut de editionibus scriptorum Latinorum, lectorem ad Thesauri 'Indicem librorum scriptorum inscriptionum, Lipsiae MXM' relego.

Superest, ut bibliothecarum praesidibus administrisque, qui mihi codices uel eorum imagines phototypicas librosque raros roganti succurrerunt, grates persoluam debitas. Aut coram uisenti aut per litteras petenti subuenerunt musea q. s. Bernense, Gissense, Gothanum, Guelferbytanum, Laudunense (Bibliothèque Municipale), Leidense (Bibl. Vniuersitatis), Lundense (Bibl. Vniuersitatis), Monacense, Parisinum, Treverica (Ciuitatis et Vniuersitatis), Vaticanum Apostolicum. Gratias insuper

ago Instituto illi ad textus eorumque historias inuestigandas Parisiensi (Institut de Recherche et d'Histoire des Textes) et Thesauro Linguae Latinae Monacensi. E numero eorum, qui ad operam codicologicam et bibliographicam nauandam pro sua quisque parte auxilium tulerunt, nominatim commemorauerim f. et u. d. Patriciam Barasc Parisiensem, H. Claus Gothanum, P. Ekström Lundensem, H. Hauke, P. Flury, D. Krömer Monacenses, W. Milde Guelferbytanum, Jacqueline Sclafer Parisiensem, Marlis Stähli Bernensem, H. E. Stiene, J. Stohlmann Colonienses uxoremque carissimam, quae impigre ex bibliothecis et peregrinis et uernaculis libros libellosque suppeditando laborem meum fideliter subleuauit.

Primicerio denique aedium Teubnerianarum gratiam habeo, quod hanc editionem dignam arbitratus est, quae in Bibliothecam Scriptorum Graecorum et Romanorum Teubnerianam reciperetur.

Scribebam Augustae Treuerorum
mense Ianuario anni p. Chr. n. MDCCCCLXXXXIIII

Alf Oennerfors

COMPENDIA SCRIPTVRAE NOTABILIORA

add.	addidit (-erunt); de additamentis in margine siue inter lineas factis
cfr	confer
corr.	correxit (-erunt)
def.	defendit (-erunt)
del.	deleuit (-erunt)
e. c. (*g.*)	exempli causa (gratia)
edd.	editiones (editores); de omnibus, quibus usus sum editionibus Vegetianis exc. Col. et L.[1] (L.[2] ergo, Mo., Scriu., Stew., Wech., u. supra p. XXXVIII sq.)
eqs.	et quod sequitur (et quae sequuntur)
eras.	erasit (-erunt); erasus, a, um
exc.	excepta, -o, -is
exp.	expunxit (-erunt); expunctus, a, um
l.	liber; linea; locus; laudatus, a, um
l. er.	locus erasus
l. n. (*u.*) *p.*	legi non (uix) potest (possunt)
obd.	obduxit
obl.	obleuit; oblitus, a, um
om.	omisit (-erunt); omittit (-unt); omissus, a, um
q. e. (*s.*)	qui (eqs.) est (sunt)
q. d. (*u.*)	qui (eqs.) dicitur (-untur) (uoca[n]tur)
ras.	rasura
recc.	codices recentiores
rell.	reliqui eorum codicum, qui continuo adhibentur (i. e. uetustiorum; ad recc. quoque si pertinet, id a contextu apparatus parebit)
rep.	repetit (-unt); repetitur (-untur)
sq(*q*).	(et) sequens (-entes, -entia)

u.	uersus; uide
v	ueteres editores q. s. Modius, Stewechius, Wechelius

CONSPECTVS LIBRORVM LIBELLORVMQVE SELECTORVM

BREVIATIONES NOTABILIORES

De apparatu fontium locorumque similium u. supra p. XLV, de editionibus p. XXXVIII et infra.

ALL	Archiv f. lateinische Lexikographie u. Grammatik
ANRW	Aufstieg u. Niedergang der römischen Welt
Col.	ed. Coloniensis, u. p. XXXVIII et ann. 32
Concord.	Concordantia in Vegetii opera ed. Blackman et Betts
edd.	u. p. XLVII
Epitoma	Vegetii Epitoma rei militaris
H–Sz	Hofmann et Szantyr, Lat. Syntax u. Stilistik
L.^{1}, L.^{2}	Langii editiones, u. p. XXXVIII
Lang	Lang^2
Lang^2 Add.	Addenda et corrigenda, L.^{2} p. L
mil.	Vegetii Epitoma rei militaris (sic TLL)
Mo.	Modii ed., u. p. XL sqq.
OLD	Oxford Latin Dictionary
Ph. W.	Philologische Wochenschrift
RE	Realencyclopädie der class. Altertumswissenschaft
Scriu.	Scriverii ed., u. p. XXXVIII sq.
Stew.	Stewechii ed. et comm., u. p. XXXVIII; XLI sqq.
TLL	Thesaurus Linguae Latinae
v	u. p. XLVIII
W–H	Walde et Hofmann, Lat. etym. Wörterbuch
We.	Wechelii ed., u. p. XXXVIII; XL sq.

a. Editiones. Interpretationes

De *Col.*, *v*, *Scriu.*, *Lang* u. p. XXXVIII sqq. (Editionis M. Nicolai Schwebelii, Norimbergae 1767, ut parui momenti, rationem non habui.)

Nullam hucusque uidi interpretationem Epitomae Vegetianae, quam uere commendare liberet, quod ex parte saltem ad imperfectam qualitatem editionum reuocari uidetur oportere. Nam quod F. Wille, 'Vegetius, Epitoma Rei Militaris. Das gesamte Kriegswesen, von F. W. neu übersetzt und kommentiert, lateinisch und deutsch' (Aarau–Frankfurt a. M.–Salzburg 1986 = Wissenschaftl. Reihe Klassiker der Militärgeschichte, Hrsg. M. Pestalozzi; editio Latina = L.[2]) p. 347 se studuisse scribit: 'Die Übersetzung wurde anhand der Ausgabe von M. N. Schwebelius, Nürnberg 1767, gemacht und hernach der Ausgabe von Lang angeglichen', in eo modicum habuit successum, et uniuerse licentius in interpretando uersatus est. Tamen in rebus militaribus commentandis auctoritatem aliquam adipisci mihi uidetur. Nec negauerim earundem respectu interpretationem, quam a. 1767 J. Clark Londinii publicauit – '*A Military Classic.* The Military Institutions of the Romans. Flavius Vegetius Renatus, Translated from the Latin by Lieutenant John Clark. Edited by Brig. Gen. Th. R. Phillips, U.S.A.' (Westport 1985), 'the best available ⟨translation⟩ in English' (Phillips p. 10) – hodieque alicuius pretii esse. Quod de conatibus Leonis F. Stelten sentio (New York–Bern–Frankfurt a. M.–Paris 1990) in Gnomonis uol. 65, 1993, p. 494 sqq. et Latomi uol. 52, 1993, 425 sq. breuiter absolui. – Interpretationem Francogallicam lectu iucundam cum annotationibus praebet M. Nisard in: 'Collection des auteurs latins avec la traduction en français', Parisiis MDCCCLV, p. 659–734 et 735–811.

De uetustis interpretationibus Francogallicis u. libros libellosque, quos edidit et scripsit Leena Loefstedt (infra sub b.), quae haud pauca uocabula Vegetiana quoque, partim et sermonem eius tractauit; L. Thorpe, Master Richard. A Thirteenth Century Translator of the 'De re militari' of Vegetius, in: Scriptorium VI (1952), 39–50; C. Buridan, Jean de Meun et Jean de Vignay, in: Publications de l'Univ. de Nancy II, Nancy 1980, 51 sqq.

b. Inuestigationes philologae. Enchiridia. Lexica

Adams, J. N., The Vulgar Latin of the letters of Claudius Terentianus (P. Mich. VIII, 467–72), Manchester 1977.
Andersson, A., Studia Vegetiana. Commentatio academica, Vpsaliae MCMXXXVIII.
Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik, hrsg. von E. Wölfflin, 1–15, Leipzig 1884–1908.
Aufstieg und Niedergang der römischen Welt, I –, Berlin 1972 –

Barnes, T. D., The Date of Vegetius, in: Phoenix XXXIII, 1979, 254 sqq.
Bendz, G., Die Echtheitsfrage des vierten Buches der Frontinschen Strategemata, Lund–Leipzig 1938 (Lunds Universitets Årsskrift N. F. Avd. 1, 34:4).
Birley, E., The dating of Vegetius and the Historia Augusta. Bonner Hist.-Aug.-Colloquium 1982/1983, Bonn 1985, 57 sqq.
Blackman, D. R., et Betts, G. G., Concordantia in Vegetii opera, Hildesheim–Zürich–New York 1989.
Bowman, A. K., et Thomas, J. D., New Texts from Vindolanda, in: Britannia 18, 1987, 130 sqq.
Bruncke, H., Quaestiones Vegetianae, diss. Helmstadii MDCCCLXXV.
Buridan, u. p. L.

Capitani, U., Una presenza di Vitruvio in Vegezio?, in: Maia XXXII, 1980, 179 sqq.
Chastagnol, A., Végèce et l'Histoire Auguste, in: Historia-Augusta-Forschung 4, Bonn 1970, 59 sqq.

Dias, E. E., Zu spätlateinischen Schriftstellern (Veg. IV 38), in: Ph. W. 32, 1912, 767 sq.

Eussner, A., Analecta Latina, in: Jahrbücher für classische Philologie hrsg. v. A. Fleckeisen, XIX, Leipzig 1873, 519 sqq.
idem, Zu Vegetius, in: Philologus, XLIV, 1885, p. 60; 87; 163.

Finch, Ch. E., Codices Pal. 1571–1573 as Sources for Vegetius, in: Transactions and Proceedings of the American Philological Association 93, 1962, 22 sqq.

idem, Source of Codex E of Vegetius, in: Classical Bulletin (St. Louis) 41, 1965, 45 sq.
Foerster, Ioh. G., De fide Flavii Vegetii Renati, diss. Bonnae 1879.
idem, Quaestiones Vegetianae, in: Progr. Rheydt (Oberrealschule u. Progymn.), 59. Jahresbericht, 1895, 3 sqq.

Gemoll, A., Exercitationes Vegetianae, in: Hermes VI, 1872, 113 sqq.
Georges, K. E. et H., Ausführliches Lateinisch-Deutsches Handwörterbuch I–II, Hannover–Leipzig 1913, 1918.
Giuffrida, C., Per una datazione dell'Epitoma rei militaris di Vegezio. Politica e propaganda nell'età di Onorio, in: Siculorum Gymnasium, Univ. di Catania, XXXIV, 1981 (1984), 25 sqq.
Gnomon. Kritische Zeitschrift für die gesamte klassische Altertumswissenschaft, 1 –, Berlin (posterius München) 1925 –
Goffart, W., The Date and Purpose of Vegetius' 'De re militari', in: Traditio XXXIII, 1977, 65 sqq.
Gordon, C. D., Vegetius and his proposed Reforms of the Army, in: Polis and Imperium, Studies in Honour of E. T. Salmon, Toronto 1974, 35 sqq.

Heraeus, W., Die römische Soldatensprache, in: ALL 12, 1902, 255 sqq.
idem, Zur römischen Soldatensprache (Nachträge, 1937), in: Kleine Schriften von W. H. hrsg. v. J. B. Hofmann, Heidelberg 1937, 151 sqq.
Hermes. Zeitschrift für klassische Philologie, 1 –, Berlin (posterius Stuttgart) 1866 –
Hérouville, P. de, Météorologie agronomique selon Virgile: les vents (Végèce IV 38), in: Études classiques 10, 1941, 321 sqq.
Hofmann, J. B., et Szantyr, A., Lateinische Syntax und Stilistik, München 1965 (Handbuch der Altertumswissenschaft II 2,2).
Homburger, O., Die illustrierten Handschriften der Burgerbibliothek Bern, Bern 1962.

Jeudy, C., Fonds Palatin, in: Les manuscrits classiques latins de la bibliothèque Vaticane. Catalogue établi par E. Pellegrin, J. Fohlen, C. Jeudy, II: 2, Paris 1982.

Jonge, P. de, Ammianus and Vegetius, in: *Ut pictura poesis.* Studia Latina P. J. Enk septuagenario oblata, Leiden 1955, 99 sqq.

Kaibel, G., Antike Windrosen, in: Hermes 20, 1885, 579 sqq.
Kempf, I. G., Romanorum sermonis castrensis reliquiae collectae et illustratae, in: Jahrbücher für classische Philologie begr. von A. Fleckeisen, XXVI. Suppl.-Bd., Leipzig 1901, 337 sqq.
Koskenniemi, H., Der nominale Numerus in der Sprache und im Stil des Curtius Rufus, Turku 1969 (Annales Univ. Turkuensis).
Kroll, W., ⟨Vegetius⟩, in: W. S. Teuffel, Geschichte der römischen Literatur, Bd. 3, 6. Aufl. Leipzig 1913, 313 sqq.
Kühner, R., et Stegmann, C., Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache. Satzlehre. I–II, 3. Aufl. Leverkusen 1955.

Lammert, F., Zu Vegetius' Epitoma rei militaris IV 1–30, in: Ph. W. 51, 1931, 798 sqq.
idem, Ennius, Livius XXI 49–51 und Vegetius 'De re militari' IV 32, in: Wiener Studien 58, 1940, 89 sqq.
idem, censura dissertationis, quam scripsit A. Andersson, in: Ph. W. 60, 1940, 76 sqq.
Latomus. Revue d'études latines. 1 –, Bruxelles 1937 –
Leumann, M., Lateinische Laut- und Formenlehre, München 1977 (Handbuch der Altertumswissenschaft II 2,1).
Löfstedt, B., Studien über die Sprache der langobardischen Gesetze, Uppsala 1961 (Acta Univ. Upsaliensis. Studia Latina Upsaliensia, I.)
Löfstedt, E., Beiträge zur Kenntnis der späteren Latinität, Inaug.-Diss. Uppsala 1907.
idem, Philologischer Kommentar zur Peregrinatio Aetheriae, Uppsala 1911.
idem, Syntactica. I^2 Lund 1942; II Lund 1933.
Löfstedt, Leena, Über die lateinische Vorlage von Jean de Meuns 'L'Art de Chevalerie', in: Donum natalicium Guilelmo Ehlers sexagenario a sodalibus Thesauri Linguae Latinae oblatum, Monaci MCMLXVIII, 148 sqq.
eadem, La réduplication synonymique de Jean de Meun dans sa traduction de Végèce, in: Neuphilologische Mitteilungen (Helsinki) LXXVII, 1976, 449 sqq.

eadem, 'Lez regles dō governement dez baitelles', ib. LXXVIII, 1977, 292 sqq.
eadem, La traduction des mots abstraits dans le Végèce de Jean de Meuns, in: Actes du 6e Congrès de Romanistes Scandinaves 1975, Stockholm 1977, 191 sqq.
eadem, À propos des articles et des articloïdes, in: Logos semantikos. Studia linguistica in honorem Eugenio Coseriu, Vol. IV, Madrid–Berlin–New York 1981, 269 sqq.
eadem, 'Aucuns notables extraitz du livre de Vegece', in: Neuphil. Mitteilungen LXXXIII, 1982, 297 sqq.
eadem, Végèce au moyen âge: Motifs et modifications des traducteurs et des copistes, in: Homenaje a Álvaro Galmés de Fuentes, Univ. de Oviedo–Madrid 1985, I 493 sqq.
Conferendae quoque editiones cum commentariis sunt, quas L. L. in Annalibus Academiae Scientiarum Fennicae, Ser. B, publicauit: 200, 1977 (Jean de Meun), 215, 1982 (Jean de Vignay), 236, 1989 (Anon.).
Lögdberg, G., In Macrobii Saturnalia adnotationes. Commentatio academica, Vpsaliae MCMXXXVI.

Marcone, A., Il 'De re militari' di Vegezio, in: Studi e Ricerche dell'Istituto di Storia, Univ. di Firenze, I 1981, 121 sqq.
Meyier, K. A. de, Bibliotheca Universitatis Leidensis. Codices manuscripti IV, Codices Perizoniani, Lugduni Batavorum 1946.
Mihăescu, H., La langue latine dans le sud-est de l'Europe, Bucarest–Paris 1978.
Milchsack, G., Codices Guelferbytani Gudiani Latini, Wolfenbüttel 1913.
Mommsen, Th., Zu Vegetius, in: Hermes 1, 1866, 130 sqq. (Ges. Schr. 7, 1909).
Mongeau, R. G. B., The 'Epitoma rei militaris' of Flavius Vegetius Renatus. A Bibliographical Report, in: Mittellat. Jahrb. 20, 1985 (impr. 1986), 314 sqq.
Mostert, M., The Library of Fleury, Hilversum 1989.

Nägelsbach, K. F. v., et Müller, I., Lateinische Stilistik[9], Nürnberg 1905.
Neumann, A. R., Publius (Flavius) Vegetius Renatus, in: RE, Supplementbd. X, 1965, 992 sqq.

Nyström, G., Variatio sermonis hos Columella. Ak. avh. Göteborg 1926.
Önnerfors, A., Pliniana. In Plinii Maioris Naturalem historiam studia grammatica, semantica, critica. Commentatio academica (Acta Univ. Upsaliensis 1956), Uppsala 1956.
idem, *Dare* und *auris/auricula* im Spätlatein, in: Symb. Osloenses LXIV, 1989, 130 sqq.
idem, Das medizinische Latein von Celsus bis Cassius Felix, in: ANRW II 37. 1, 1993, 227 sqq.
idem, Zu Person und Werk des Publius Flavius Vegetius Renatus, in: Vetenskapssocietetens i Lund årsbok 1991 (Yearbook of the New Society of Letters at Lund), Lund University Press 1993, 142 sqq. (= Oennerfors 1993).
Oudendorp, F., Miscellaneae observationes criticae in Auctores veteres et recentiores. Animadversiones in Flavium Vegetium ib. VI–IX, Leiden 1735–1738.
Oxford Latin Dictionary, I–II, Oxford 1968–1976.

Paschoud, F., *Roma aeterna.* Études sur le patriotisme romain dans l'Occident latin à l'époque des grandes invasions, Roma 1967 (p. 110–118). (Istituto svizzero di Roma, Bibliotheca Helvetica Romana, VII)
Philologische Wochenschrift. 1–3 Leipzig 1881–1883; 41 – ib. 1921 – (Berliner Ph. W. 4–40, Leipzig 1884–1920).
Philologus. Zeitschrift für das klassische Alterthum. 1 – Göttingen 1846 –; N. F. 1 – 1889, posterius Zeitschrift für Klassische Philologie, Berlin.

Realencyclopädie der classischen Altertumswissenschaft ed. G. Wissowa, al., München–Stuttgart 1893–1980.
Rosenberger, V., Bella et expeditiones. Die antike Terminologie der Kriege Roms, Stuttgart 1992.
Sabbah, G., Pour la datation théodosienne du 'De re militari' de Végèce, in: Mémoires du Centre Jean Palerne II, Saint-Etienne 1980, 131 sqq.
Sander, E., Zu Vegetius II 19; 21, in: Ph. W. 47, 1927, 1278 sqq.
idem, Zu Vegetius IV 38; 41, ib. 48, 1928, 908 sq.
idem, Frontin als Quelle für Vegetius, ib. 49, 1929, 1230 sq.
idem, Die historischen Beispiele in der Epitome des Vegetius, ib. 50, 1930, 955 sqq.

idem, Die Quellen von IV 1–30 der Epitome des Vegetius, ib. 51, 1931, 395 sqq.
idem, Die Hauptquellen der Bücher I–III der Epitoma rei militaris des Vegetius, in: Philologus 87, 1932, 369 sqq.
idem, Die Quellen des Buches IV 31–46 der Epitome des Vegetius, in: Rhein. Museum f. Philologie 99, 1956, 153 sq.
Schanz, M., Zu den Quellen des Vegetius, in: Hermes 16, 1881, 137 sqq.
Schenk, D., Flavius Vegetius Renatus. Die Quellen der Epitoma rei militaris. Diss. Erlangen 1930, Klio, Beiheft XXII (Neue Folge, Heft IX), Leipzig 1930.
Schöner, Chr., Studien zu Vegetius, Erlangen 1888.
Segre, C., Jean de Meun et Bono Giamboni, traduttori di Vegezio. Saggio sui volgarizzamenti in Francia ed in Italia, in: Atti della Accademia delle Scienze di Torino, Cl. di scienze morali, stor. e filol. 87, 1952/53, 119 sqq.
Shrader, Ch. R., A Handlist of Extant Manuscripts Containing the *De re militari* of Flavius Vegetius Renatus, in: Scriptorium, uol. XXXIII, 1979, 280 sqq.
Seeck, O., Die Zeit des Vegetius, in: Hermes 11, 1876, 61 sqq.
Sirago, V. A., Vegezio e il dedicatorio del suo trattato militare, in: Sirago, Galla Placidia e la trasformazione politica dell'Occidente, Louvain 1961 (Publ. Universitaires) 465–476.
Svennung, J., Orosiana. Syntaktische, semasiologische und kritische Studien zu Orosius. Diss. Uppsala 1922 (Acta Univ. Upsaliensis 1922).
idem, Untersuchungen zu Palladius und zur lateinischen Fach- und Volkssprache, Uppsala (impr. Lund) – Leipzig–Paris 1935.

Thesaurus Linguae Latinae, uol. I Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri, MDCCCC (posterius Stutgardiae et Lipsiae) –
Thorpe, u. p. L.

Wåhlin, L., Collatio codicis Vegetii de re militari librorum lundensis, in: Commentationes philologae in honorem Iohannis Paulson scripserunt cultores et amici. Gotoburgi MCMV, 106 sqq.
Walde, A., Lateinisches etymologisches Wörterbuch, 3., neubearb. Aufl. von J. B. Hofmann, I–II, Heidelberg 1938–1956.
Wölfflin, E., *Epitome,* in: ALL 12, 1903, 333 sqq.

c. De rebus militaribus Romanorum libri libellique recentiores aliquot

(Generatim lectorem ad indices librorum libellorumque copiosissimos relego, quos elaborauerunt Horsmann [1991] et Junkelmann [I–III, 1990–1992], u. infra.)

Breeze, D. J., et Dobson, B., Roman Officers and Frontiers, Stuttgart 1993 (Mavors. Roman Army Researches ed. by M. P. Speidel, X).

Davies, R. W., Joining the Roman Army, in: Bonner Jahrbücher 169, 1969, 208 sqq.

idem, The Medici of the Roman Armed Forces, in: Epigraphische Studien 8, 1969, 83 sqq.; 9, 1972, 1 sqq.

idem, The Roman Military Medical Service, in: Saalburg-Jahrb. XXVII, 1970, 84 sqq.

idem, The Roman Military Diet, in: Britannia 2, 1971, 122 sqq.

idem, The Daily Life of the Roman Soldier under the Principate, in: ANRW II: 1, 1974, 299 sqq.

idem, The Roman military Training Grounds, in: Roman Frontier Studies 1969, Cardiff 1974, 20 sqq.; cfr Davies, Training Grounds of the Roman Cavalry, in: The Archaeological Journal 125, 1968, 73 sqq.

Dobson, u. Breeze; Domaszewski

Domaszewski, A. v., Die Rangordnung des römischen Heeres (1908), 2., durchgesehene Aufl. mit Einführung, Berichtigungen u. Nachträgen hrsg. von B. Dobson, Köln 1967 (Bonner Jahrbücher, Beih. 14).

Horsmann, G., Untersuchungen zur militärischen Ausbildung im republikanischen und kaiserzeitlichen Rom, Boppard a. Rh. 1991 (Wehrwissenschaftliche Forschungen. Abt. Militärgeschichtl. Studien hrsg. durch G. Roth u. W. Deist, 35).

Junkelmann, M., Die Reiter Roms, I–III; Mainz 1990, 1991, 1992.

Lammert, F., *Tiro*, in: RE VI 2, 1937, 1448 sqq.

idem, Die antike Poliorketik und ihr Weiterwirken, in: Klio 31, 1938, 389 sqq.

idem, Die älteste erhaltene Schrift über Seetaktik und ihre Be-

ziehung zum Anonymus Byzantinus des 6. Jhs., zu Vegetius und zu Aeneias' 'Strategika', in: Klio 33, 1940, 271 sqq.
Le Bohec, Y., L'armée romaine sous le Haut-Empire, Paris 1989 (cfr K. Strobel in Gnomonis uol. 64, 1992, 328 sqq.)

Marcillet-Jaubert, J., Un médecin de cohorte auxiliaire, in: Mémoires du Centre Jean Palerne III, 1982, 73 sqq.
Meucci, R., A proposito di un passo di Vegezio. *Cornu* e *bucina,* in: Rivista di Cultura classica e medioevale (Roma) XXV, 1982, 71 sqq.
idem, Riflessioni di archeologia musicale. Gli strumenti militari romani & il *lituus,* in: Nuova Riv. Musicale ital. (Torino) 19, 1985, 383 sqq.
idem, Lo strumento del bucinator A. Surus e il cod. Pal. Lat. 909 di Vegezio, in: Bonner Jahrbücher 187, 1987, 259 sqq.

Neumann, A. R., Das augusteisch-hadrianische Armeereglement und Vegetius, in: Class. Philology 31, 1936, 1 sqq.
idem, Das römische Heeresreglement, in: Hist. Zeitschrift 166, 1942, 554 sqq. (posterius in: Class. Philology 41, 1946, 217 sqq.).
idem, Römische Rekrutenausbildung im Lichte der Disziplin, in: Class. Philology 43, 1948, 157 sqq.

Parker, H. M. D., The *antiqua legio* of Vegetius, in: Class. Quaterly 26, 1932, 137 sqq.

Rebuffat, R., Végèce et le télégraphe Chappe, in: Mélanges d'Archéologie et d'Histoire de l'École Française de Rome 90, 1978, 829 sqq.
idem, Le bouclier de Doura, in: Syria LXIII 1986, 85 sqq.

Sander, E., Die *antiqua ordinatio legionis* des Vegetius, in: Klio 32, 1939, 382 sqq.
idem, *Triarius ordo.* Der Centurio des Veteranenvexillum in der 1. Cohorte der augusteischen Legion, in: Rhein. Museum f. Philologie 95, 1952, 79 sqq.
Schlüter, W., ed. (et alii), Kalkriese – Römer im Osnabrücker Land. Archäologische Forschungen zur Varusschlacht, Bramsche 1993.
Speidel, M. P., Vegetius (3,5) on Trumpets, in: Acta Classica (Cape Town) XVIII, 1975, 153 sqq.

idem, et Dimitrova-Milčeva, A., The Cult of the *Genii* in the Roman Army and a New Military Deity, in: ANRW II 16: 2, 1978, 1542 sqq. Addendum: A. Ferrua, Riv. Arch. Crist. 57, 1981, p. 17, num. 18; L'Année épigr. 1981 sub num. 134.

Watson, G. R., The Roman Soldier, London 1969.

Webster, G., The Roman Imperial Army, London 1969.

Wheeler, E. L., The *hoplomachoi* and Vegetius' Spartan Drillmasters, in: Chiron (München) XIII, 1983, 1 sqq.

ADDENDA

Ad p. LV	Reichenkron, G., Historische Latein-Altromanische Grammatik, I, Wiesbaden 1965, 159–165 (*'Der Sermo Castrensis'*).
Ad p. LVII	Cerchiai, C., Le *glandes plumbeae* della collezione Gorga, in: Boll. della Comm. archeol. com. di Roma 88, 1982/1983, 191 sqq.
	Dihle, A., *Aequaliter ambulare*, in: Glotta 71, 1993, 110 sq.
Ad p. LVIII, Le Bohec:	Hoc opus Germanice conuertit Cécile Bertrand-Dagenbach, Die römische Armee. Von Augustus zu Konstantin d. Gr., Stuttgart 1993.

SIGLA CODICVM

Vetustiores
(continuo adhibiti)

A	Parisinus Lat. 7230, s. VIIII
B	Bernensis 280, saec. VIIII in.
C	Parisinus Lat. 6503, s. VIIII
D	Parisinus Lat. 7231, circ. a. 1032
E	Excerptum Vaticanum, Reg. 2077, s. VII
F	Lundensis mediaeu. 8, s. XI ex.
G	Guelferbytanus Gud. Lat. 84, s. VIIII med.
H	Parisinus Lat. 7230 A, s. VIIII
L	Laudunensis 428, s. VIIII
M	Monacensis 6368, s. VIIII med.
P	Leidensis Perizonianus F 17, circ. a. 925
Q	Parisinus Lat. 7383, s. VIIII
R	Vaticanus Pal. Lat. 1572, a. 825–850
S	Vaticanus Pal. Lat. 1571, s. XII
T	Vaticanus Pal. Lat. 909, s. X ex.
V	Vaticanus Lat. 4493, s. VIIII/X

ε = **ABCGHLMQ** ***π*** = **DFPRSV** ***δ*** = **DRSV**

επδ sigla lacunas non respiciunt, de quibus in app. siglorum doceris

A^c eqs. Quo significatur uel scriba ipse scriptionem mutans uel supplens (plerumque aut sese corrigens aut perperam mutans) uel corrector aliquis indefinitus codicis eius, quem littera indicat, cum sola littera (A eqs.) siue (quo accuratius primigenia scriptura a correctionibus distinguatur) A^1 eqs. siue ***επδ*** quid primo calami uestigio, A^2 eqs. quid secunda manu eqs. scriptum sit significat.

Recentiores
(locis grauioribus adhibiti)

a Gothanus Memb. II 113, s. XIII
b Guelferbytanus Gud. Lat. 15, a. 1332
c Guelferbytanus Gud. Lat. 201, s. XIIII
d Parisinus Lat. 7232, s. XIIII
e Gissensis 1256, a. 1463
f Trevericus 1083/105, s. XV
g Monacensis 522, a. 1468
s u. S p. XXI sq.
Col. ed. Coloniensis Nic. Goetzii, circ. a. 1475 (codicis recentioris instar), cfr p. XXXVIII

⟨P.⟩ FLAVII VEGETI RENATI VIRI INLVSTRIS COMITIS EPITOMA REI MILITARIS LIBRI NVMERO IIII

Primus liber electionem edocet iuniorum, ex quibus locis uel quales milites probandi sint aut quibus armorum exercitiis imbuendi. Secundus liber ueteris militiae conti-

ABDFGMPQSTV

P. *suppleui, u. Oennerfors (1993), 143 sqq.*

Flauii uegetj renatj uiri illustris comitis sacrum epitoma rei militaris libri quattuor ad theodosium imperatorem. Item periochȩ uniuscuiusque libri **T** INCIPIT LIBER FLAVII VEGETII RENATI VIRI ILLVSTRIS EPYTOMA INSTITVTORVM REI MILITARIS AD THEODOSIVM IMPERATOREM FELICITER **V** FLAUII UEGETI RENATI UIRI INLUSTRIS (-I **A**) COMITI EPITHOMA REI MILITARIS LIB (LIBER **A**) NUMERO (*in* **A** *l. n. p.*) IIII INCIPIUNT FELICITER **AB** FLAUII UEGETI RENATI UIRI INLUSTRI ⟨COMITI *Lang*, SSIMI *Milchsack*⟩ EPITHOMA (INSTITUTORVM *add.* G^{c}) REI MILITARIS LIBRI NUMERO (G^{c} -I G^{1}) IIII **G** De commentariis catonis augusti traiani & adriani nec non &iam frontini *add.* G^{c} FLAUII UEGETI RENATI UIRI INL COMITI EPITHOMA REI MILITARIS LIB NM IIII INCIPIT FELICITER **M** FLAVII VEGETII ILLVSTRIS VIRI EPITHOMA REI MILITARIS LIBRI NVMERO IIII^{or} INCIPIVNT FELICITER **P** FLAVII VEGETI RENATI VIR INLVSTs EPITHOMA REI MILITARIS LIB NVM IIII. INCIPIVNT FELICITER **Q** IN NOMINE DEI SVMMI INCIPIVNT LIBRI IIII^{or} FLAVII VE-

4 lectionem **D**S^{1}**V** *corr.* S^{c} 5 sunt **FT**

net morem, ad quem pedestris institui possit exercitus. Tertius liber omnia artium genera, quae terrestri proelio necessaria uidentur, exponit. Quartus liber uniuersas ma-

ABDFGMPQSTV

412 importent **DFPRS** *Lang* in- G^c**V** important **T** in- **ε** **413** sine inuidia (*i. e. indignatione effecta, TLL 7: 2,199,63 sqq.; 202,27*) sanguinis] sine uia sanguinis **F**P^c (inuidia P^1)**Q** uia *in marg. adscr.* R^2 sine sanguine **T** lapide ictus (hi- **V**) **δPTa** (*obseruetur clausula q. u. I*) lapidis ictu **εF**S^c**bcdefg** *Col. edd.* **418** ut (*om.* **b**) aut (aut vt **e**) mons (per mons V^1 per *del.*) sit (*om.* **g**) aliquis (-i R^1) **πabdeg** *v Scriu.* ut mons sit aliquis **εcf** *Col. Lang* ut non sit mons aliter quis **T** colles **DRV** **419** ut ab **ABGce** *Col. Lang* et ab **δTadg** *We.* aut ab **FMPQbf** *Mo. Stew. Scriu.* obpugnatione **FGP** *Lang* **420** sunt R^1**ST** *corr.* R^c **421** EXERCITIONE **D** **422** exercitio $F^1G^1P^1$**Q**V^1 *corr.* F^cG^c P^cV^c quas **FDV** mattiobarbulos **AB**G^2**MQT** *Lang cfr TLL 8,491,43 sqq.* matio babulus G^1 martiobarbulos (marc- **FS**) **π** *v Scriu.* (*et in sqq.*) **423** tradenda (-hen- **F**) est **π** in illyrico **ABGT** in illi- (hi- **D**) **π** -a *super adscr.* S^c in illyria **Q** inillyria **M**

duae legiones fuerunt, quae sena milia militum habue-
runt, quae, quod his telis scienter utebantur et fortiter,
2 Mattiobarbuli uocabantur. Per hos longo tempore stre-
nuissime constat omnia bella confecta, usque eo, ut Dio-
cletianus et Maximianus, cum ad imperium peruenissent,
pro merito uirtutis hos Mattiobarbulos Iouianos atque
Herculianos censuerint appellandos eosque cunctis legio-
3 nibus praetulisse doceantur. Quinos autem mattiobarbu-
los insertos scutis portare consuerunt, quos si oportune
milites iactent, prope sagittariorum scutati imitari uiden-
4 tur officium. Nam hostes equosque consauciant, prius-
quam non modo ad manum sed ad ictum missibilium po-
tuerit perueniri.

XVIII QVEMADMODVM AD ASCENDENDOS EQVOS TIRONES EXERCENDI SINT

1 Non tantum autem a tironibus, sed etiam ab stipendiosis militibus salitio equorum districte est semper exacta.

ABDFGMPQRSTV

18,1 Xen. hipp. 7,1 sqq.

425 scientes **AQ** *cfr I 15,2* **426** mattio barbuli (mattiob-; -ol- **MQ**) **εT** martio barbuli (martiob-; marc- **FS**) **π** istrenuissime A^1**B** stren- A^c **429** mattiobarbulos (mattio b-) **ABMQ** R^c**T** mathio barbulos **G** martiobarbulos (martio b-; marc- **S**) **π** Iouianos *Mo. Stew. quoque* iobianos **ABM** iouinianos **FPS** Iouiarios *We.* dioclitianos **T** **431** docerentur A^2 *in l. er.* Qui nos **F** quibus **Q** martiobarbulos (marc- **FS** r *prius exp.* R^c) **δF** barbulos **P** **432** insertos in (*exp.* S^c) scutis **δ** consuerant **F** consueuerunt **GQ** -uerant **δP** **433** iacent **AB** iaciunt **FGP** iscutati B^1 scu- B^c **435** missilium (*ex* missib- S^cV) **FP**S^c**TV** **435** *sq.* potuerint **FP** poterint **Q** peruenire **DF** **439** istipendiosis **AB** **440** exacta R^2**bcdef***Col. quoque edd.* exercenda **πag**

Quem usum usque ad hanc aetatem, licet iam cum dissi-
mulatione, peruenisse manifestum est. Equi lignei hieme 2
sub tecto, aestate ponebantur in campo; supra hos iunio-
res primo inermes, dum consuetudo proficeret, deinde ar-
mati cogebantur ascendere. Tantaque cura erat, ut non 3
solum a dextris sed etiam a sinistris partibus et insilire et
desilire condiscerent, euaginatos etiam gladios uel contos
tenentes. Hoc idem assidua meditatione faciebant, scili- 4
cet ut in tumultu proelii sine mora ascenderent qui tam
studiose exercebantur in pace.

XVIIII AD PORTANDVM PONDVS EXERCENDOS TIRONES

Pondus quoque baiulare usque ad LX libras et iter facere 1
gradu militari frequentissime cogendi sunt iuniores, qui-
bus in arduis expeditionibus necessitas imminet anno-
nam pariter et arma portandi. Nec hoc credatur esse diffi- 2

ABDFGMPQRSTV

18,2 cfr Cod. Iust. III 43,2 pr. 18,3 sq. Liu. XXIII 29,5; Junkelmann II 51; III 105 18,4 mil. I 19,2; 27,4; II 22,6; 23,8; 12; III 2,10; 5,10; Cassiodor. uar. I 40 (Theoder. rex) 19,1 Cic. Tusc. 2,37; Amm. XVII 9,2 19,2 mil. I 1,1 sq.; 26,7; 27,4; II 23,13; III 2,10

442 Tunc equi **DQ** **445** cogebantur] agebantur **MQ** **446** *sq.* partibus insilire condiscerent **R^1S^1V** (*5 litt. inter* insilire *et* condiscerent *eras.* **V**) et desilire *in marg. add.* **R^2S^2** partibus desilire **FP** **448** idem **δPT** *$Lang^1$ u. Loefstedt, Komm. 294 sq.; H–Sz. 188* ideo **F** item *$Lang^2$* enim **ε** idem *exp.* enim *super add.* **R^2** adsidua **ε** *Lang* **449** ut] et **ABGM** tumulto **AB MT** **450** stutiose **M** istudiosae **A^1B** *corr.* **A^c** **452** sexaginta **FMPQT** **453** frequentantissime **T** **454** inminet **MQ** *Lang*

cile, si usus accesserit; nihil enim est, quod non assidua meditatio facillimum reddat. Quam rem antiquos milites factitauisse Vergilio ipso teste cognouimus, qui ait

3 'Non secus ac patriis acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce uiam cum carpit, et hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.'

XX QVO ARMORVM GENERE VSI SINT ANTIQVI

1 Locus exigit, ut, quo armorum genere uel instruendi uel
2 muniendi sint tirones, referre temptemus. Sed in hac parte antiqua penitus consuetudo deleta est; nam licet exemplo Gothorum et Alanorum Hunnorumque equitum
3 arma profecerint, pedites constat esse nudatos. Ab urbe enim condita usque ad tempus diui Gratiani et catafractis

ABDFGMPQRSTV

19,3 Verg. georg. 3,346–348 20,2 Auson. prec. cons. 31 sq. (Prete p. 80); Paneg. XII 11,4; 32,4

456 adsidua **ABMQ** *Lang* **457–461** Quam rem–castris *inepte secl. Lang; u. Schenk 31 sq.; Andersson 28 sq.; Oennerfors (1993) ann. 45; Gnom. uol. 65, 1993, 497 sq.* **458** Vergilio **B** Uer- A^{1} (Uir- A^{c}) Vir- (uir-) *rell.* cognouimus **πadg** agno- **e** *cfr TLL 3,1513,8 sqq.* cognoscimus **AT** *Lang*^{2} cognoscitur **Qbf** cognosci **BM** *Lang*^{1} (*cum cruce desp.*) cognosce **G** cognosci potest **c** *Col.* *hexametros in tres uersus distinguit* **V** *solus* **460** hosti **ABGT** -is **F**P^{c} -e **MQ** -em **δ**P^{1} (*similiter codd. Verg. cfr ed. Erreni*) **461** expectatum **π** *Verg.* -tus **ABGT** -tis **MQ** stat *supra l.* in *om.* **V** agmine] acie **DRS** **462** SVNT (sunt) **DFPRT**V^{1} *corr.* V^{c} *cfr I 311* **465** ghothorum **ABG** gottho- **F** goto- **S** hunorumque (*ex* humano- **V**) **πQ** chuno- **ABG** honno- **M** **466** proficerint A^{1}**BMQ** *corr.* A^{c}

et galeis muniebatur pedestris exercitus. Sed cum campe-
stris exercitatio interueniente neglegentia desidiaque ces-
saret, grauia uideri arma coeperunt, quae raro milites in-
duebant; itaque ab imperatore postulant primo catafrac- 4
tas, deinde cassides se deponere. Sic detectis pectoribus
et capitibus congressi contra Gothos milites nostri multi-
tudine sagittariorum saepe deleti sunt; nec post tot cla- 5
des, quae usque ad tantarum urbium excidia peruene-
runt, cuiquam curae fuit uel catafractas uel galeas
pedestribus reddere. Ita fit, ut non de pugna sed de fuga 6
cogitent qui in acie nudi exponuntur ad vulnera. Quid
enim pedes sagittarius sine catafracta, sine galea, qui cum
arcu scutum tenere non potest, faciat? Quid ipsi dracona- 7
rii atque signiferi, qui sinistra manu hastas gubernant, in
proelio facient, quorum et capita nuda constant et pec-
tora? Sed grauis pediti lorica uidetur et galea fortasse raro 8
meditanti, fortasse arma raro tractanti; ceterum cottidia-

ABDFGMPQRSTV (deficit u. **483** in 'gra')

470 raro utique milites **FP** *Mo. Stew. Scriu.* ("fortè an *vtrique* legi possit" *Stew.*) **471** postulabant **F** *We.* **472** se deponere **FPQbf** (*inter* deponere *et* Sic *3 uel 4 litt. eras.* **P**) *cfr* postulare *TLL 10: 2,266,71 sqq.; 271,29 sqq.* deponere *v Scriu.* sedere fundere (ref- **ABc** sede ref- **G**[c]) **ABGMce** se debere fundere (ref- **d**) **δTadg** *locum desperauit Lang* **479** pedes] pedestris (tris *eras.* **R**[c]) *π* cum *om.* **F** **480** arcum **FP** **482** facient **abcdfg** *Col. quoque* -iant **δAFe** constat **ABMQa bcf** *Col.* constant nuda et pecora *(sic)* **V** **483** uis pediti– **567** cohortes *uerba in* **V** *perierunt* (*excidit folium*) **483** *sq.* fortasse raro (raro fortasse **F**) meditanti fortasse (*om.* **d**) arma raro (raro arma **MQTcef** raroque arma **d**) tractanti **εFPTacdef** *Lang*[2] (fortasse arma raro tractanti *secl. L.*[1]) fortasse arma tractanti **R**[1] raro meditanti fortasse raro *ad* fortasse *relata in marg.*

9 nus usus non laborat, etiam si onerosa gestauerit. Sed illi,
qui laborem in portandis ueteribus munimentis armorum
ferre non possunt, detectis corporibus et uulnera susti-
nere coguntur et mortes et, quod est grauius, aut capi aut
10 certe fuga rem publicam prodere. Sic dum exercitia labo-
remque declinant, cum maximo dedecore trucidantur ut
11 pecudes. Vnde enim apud antiquos murus dicebatur pe-
destris exercitus, nisi quod pilatae legiones praeter scuta
12 etiam catafractis galeisque fulgebant? usque eo, ut sagit-
tarii sinistra brachia manicis munirentur, pedites autem
scutati praeter catafractas et galeas etiam ferreas ocreas in
13 dextris cruribus cogerentur accipere. Sic erant muniti illi,
qui in prima acie pugnantes principes, in secunda hastati,
14 in tertia triarii uocabantur. Sed triarii genibus positis so-
lebant intra scuta subsidere, ne stantes uulnerarentur ue-

ABDFGMPQRST

20,9 mil. III 9,10 20,10 mil. I 21,5; III 21,3; Liu. XXV 16,19 20,11 mil. II 17,3; III 14,8; Amm. XVI 12,20; cfr Lucan. 8,379; Sen. Tro. 126; Cic. Verr. II 5,2; Drac. Romul. 9,64; Vulg. I Reg. 25,16 fulgere: mil. II 12,4; 14,5; 8; Liu. VIII 10,5; Amm. XX 7,2 scuta: Plaut. Mil. 1 sq. Curate, ut splendor meo sit clupeo clarior / quam solis radii esse ... solent; Val. Fl. 6,53 sqq. 20,14 mil. II 16,1; cfr Liu. VIII 9,14

R^2 fortasse raro arma tractanti fortasse raro meditanti **D** fortasse raro (*om.* **S**) arma tractanti (portanti *Col.*) **Sbg** *Col.* fortasse raro meditanti, et arma tractanti *We.* fortasse, rarò meditanti arma, rarò tractanti *Mo. Stew. Scriu.* (*sed* “Rarò meditanti, rarò arma tractanti” *Stew. in comm.*)

487 *sq.* sustenere **A**^{1}**BGRS** *corr.* **A**^{c} mortis **δ** artes **M** **489** fuga] fugere (-ire **M** -ere *in ras.* **G**) **ABGM** fugere et **Q** fugare et **P**^{1} *corr.* **P**^{c} -ari et **F** exercitia **δTdeg** *Lang*^{1} *L.*^{2} *Add.* -ium *rell. edd.* -itum *Col.* **493** eo **P**^{1} *quoque* adeo **FP**^{2} **495** ferreas et ereas ocreas **T** **499** intra] inter **DFGP**

nientibus telis et, cum necessitas postulasset, tamquam
requieti uehementius inuaderent hostes. A quibus constat 15
saepe factam esse uictoriam, cum hastati illi et qui prio-
res steterant interissent. Erant tamen apud ueteres inter 16
pedites qui dicebantur leuis armaturae, funditores et fe-
rentarii, qui praecipue in cornibus locabantur et a quibus
pugnandi sumebatur exordium; sed hi et uelocissimi et 17
exercitatissimi legebantur; nec erant admodum multi, qui
cedentes, si proelii necessitas compulisset, inter principia
legionum recipi solebant, ita ut acies inmota consisteret.
Vsque ad praesentem prope aetatem consuetudo perman- 18
sit, ut omnes milites pilleis, quos Pannonicos uocant, ex
pellibus uterentur; quod propterea seruabatur, ne grauis 19
galea uideretur in proelio homini, qui gestabat aliquid
semper in capite. Missilibus autem quibus utebatur pede- 20
stris exercitus pila uocabantur, ferro subtili trigono prae-
fixa unciarum nouem siue pedali, quod in scuto fixum
non potest abscidi et loricam scienter ac fortiter directum

ABDFGMPQRST

20,15 e. g. Liu. VIII 10,5 sq. 20,16 e. g. Liu. XXI 55,5 sqq.

501 A quibus **δFG^{2}Pdg** *Stew.* a quibus **Tb** *Lang* Quibus (qui- **MQf***Col. Scriu.*) **ABG^{1}MQacf***Col. Scriu.* In quibus **e** *cfr Andersson 108* **504** leues **R^1** *corr.* **R^c** "armatura suspicor" *Lang in app. at cfr H–Sz 62 sq. de gen. defin.* ferrentarii **FR^1** *corr.* **R^c** **506** hi et] et hi **FP** hi **DQ** **508** conpulisset **ε** *Lang* **509** immota **FRT** **510** prope] quoque **FP** **511** uocant **δTde** -abant *rell. Col. edd.* **514** Missibilibus **G** Missilia **FT bdef** *v Scriu.* Missiles **D** *u. H–Sz 567 sq. de 'attractione' q. u. 'inuersa'* autem] *om.* **P** quidem **F** **516** unciarum VIIII **R** scutum **ABGQ** fixo **ABG** **517** possit **εT** *Lang*

facile perrumpit, cuius generis apud nos iam rara sunt
21 tela. Barbari autem scutati pedites his praecipue utuntur,
quas bebras uocant, et binas etiam ac ternas in proeliis
22 portant. Sciendum praeterea, cum missilibus agitur, sini-
stros pedes in ante milites habere debere; ita enim vibran-
23 dis spiculis uehementior ictus est. Sed cum ad pila, ut ap-
pellant, uenitur et manu ad manum gladiis pugnatur,
tunc dextros pedes in ante milites habere debent, ut et la-
tera eorum subducantur ab hostibus, ne possint uulnus
accipere, et proximior dextra sit, quae plagam possit in-
24 ferre. Instruendos igitur ac protegendos omni arte pu-
gnandi, quocumque armorum antiquorum genere constat
25 esse tirones. Necesse est enim, ut dimicandi acriorem su-

ABDFGMPQRST

20,23 proximior: Sen. epist. 108,16; Prisc. Gramm. III 21

520 bembras **F** brebras **e** bibras (*in marg.* hebras) **g** berbas (*i. q.* beruas) *legendum censet Kempf (1901) 367 sq.* **523** ad pila **bd** *Mo. Stew. Scriu. Lang* ad pilā (-am **BMeg** *Col. We.*) **δAB GMPTaceg** *Col. We.* apila **Qf** ad culpa **F** adpellant **ABM** ut -uenitur *om.* **Q** **524** manū ad manū (-um **R**)**δABM** manu ad manu **F** **528** *sq.* omni arte pugnandi quocumque armorum antiquorum genere (armorum genere antiquorum **d** antiquorum armorum genere **eg**) **FG**^{2}**Padeg** omni arte pugnandi quocumque (quorum cumque **S**) armorum genere **δ** omni pugnandi antiquorum genere **f** omni antiquo armorum genere **T** *Lang* omnium antiquorum armorum genere **b** omni (-ia **c** -ium *Col.*) antiquorum genere **ABG**^{1}**MQc** *Col.* omni arte pugnandi et quocunque genere armorum (et *om. Stew. Scriu.*) *v Scriu.* *de pron. q. e.* quicumque *u. H–Sz 202; mil. I 7,4; II 25,8; III 3,6*

mat audaciam qui munito capite uel pectore non timet uulnus.

XXI DE MVNITIONE CASTRORVM

Castrorum quoque munitionem debet tiro condiscere; ni- 1
hil enim neque tam salutare neque tam necessarium
inuenitur in bello; quippe, si recte constituta sunt castra, 2
ita intra uallum securi milites dies noctesque peragunt,
etiam si hostis obsideat, quasi muratam ciuitatem uide-
antur secum ubique portare. Sed huius rei scientia pror- 3
sus intercidit; nemo enim iam diu ductis fossis praefixis-
que sudibus castra constituit. Sic diurno uel nocturno 4
superuentu equitum barbarorum multos exercitus scimus
frequenter adflictos. Non solum autem considentes sine 5
castris ista patiuntur, sed cum in acie casu aliquo coepe-
rint cedere, munimenta castrorum, quo se recipiant, non
habent et more animalium inulti cadunt, nec prius mo-
riundi finis fit, quam hostibus uoluntas defuerit perse-
quendi.

ABDFGMPQRST

21,1–3 cfr e. g. Caes. Gall. VII 72–73; V 18,3; Bell. Afr. 32,2; Tac. ann. I 35,1; Amm. XXXI 12,4 21,5 mil. I 20,10

537 intra] inter **T** ballum **AB** bellum **MQ** securi *om.* **RS** **540** nemo] nono **M** iam diu ductis **bcf** *Col. quoque Mo. Stew.* iam deductis (diu duc- $\mathbf{R}^2$) **πa** iam diu deductis **de** *We.* iam detectis **g** **543** confidentes **FPQ** **546** *sq.* inulti **GPR** **Ta** *Col. Stew. in comm. Scriu.* $Lang^2$ multi **ABDFMQSbcdefg** *v* $Lang^1$ uel multi *in marg.* $\mathbf{G}^2$ *cfr III 21,3* moriendi **DFG**^{c} (-iundi $\mathbf{G}^1$)**MPQ** *recc.* uel moriundi *in marg.* $\mathbf{G}^2$ **547** hostibus] hostilis **T**

XXII IN QVALIBVS LOCIS CONSTITVENDA SINT CASTRA

1 Castra autem, praesertim hoste uicino, tuto semper fa-
cienda sunt loco, ut lignorum et pabuli et aquae suppetat
copia, et, si diuitius commorandum sit, loci salubritas eli-
2 gatur. Cauendum etiam, ne mons sit uicinus aut altior lo-
3 cus, qui ab aduersariis captus possit officere. Consideran-
dum, ne torrentibus inundari consueuerit campus et hoc
4 casu uim patiatur exercitus. Pro numero autem militum
uel inpedimentorum munienda sunt castra, ne maior
multitudo constipetur in paruis neue paucitas in latiori-
bus ultra quam oportet cogatur extendi.

ABDFGMPQRST

22,2 Liu. VII 23,6 sqq.; 34,3 sqq.; Frontin. strat. I 5,14; IV 5,9; Hyg. mun. castr. 57 22,3 Frontin. strat. III 7,3

551 loco *om.* **ABM** -a **T** ut] ubi **FPQ** ut cum **ABM** 552 conmorandum **ABGM** *Lang* 553 *sq.* uicinus] uicinior **FPQf** -inius **M** aut altior locus **G** (locus *cum notula ad* altior *referente in marg.* **G**[1]) aut altior **δABMQT** *recc.* *Lang*[1] altior *Col. v Scriu.* vicinior aut altior *Stew. in comm.* aut latior **FP** aut ⟨collis⟩ altior *Eussner* (*1873*) *524 Lang*[2] *cfr III 6,26* in montibus – altiora loca; *III 22,3* **δ** *de repetitione eiusdem uerbi* (*hic uocis q. e.* locus) *uel locutionis intra breue spatium cfr e. c. I 22,1 sq.* (uicinus); *23,1 sq.* (locus); *26,5 sq.* (praecipiendum); *II 8,1 sqq.* (gubernabat); *IV 31,2* (necessitatem); *38,7–11* (iungitur); *cfr ad III 25,1*; *Andersson 22 sq.; 34 sqq.; L. Loefstedt* (*1968*) *p. 158* 554 *sq.* captus supposito possit **S** captus p̣ọṣịṭọ possit **R** Considerandum est ne **π** est *add.* **G**[2] *cfr § 2; I 26,5; 6; III 8,3; 19,1; IV 36,1* campus (*ex* capt- **RS**) consueuerit inundari (-e **DRS**[1]) **π** 555 *sq.* hoc casu *ex* occasu **S** *cfr III 2,6; IV 25,6* 557 impedimentorum **DFPRT** munienda] eligenda uel munienda **D** 558 neue] neque **D**

XXIII QVALI SPECIE CASTRA DELINIANDA SINT

Interdum autem quadrata, interdum trigona, interdum se- 1
mirotunda, prout loci qualitas aut necessitas postulauerit,
castra facienda sunt. Porta autem, quae appellatur praeto- 2
ria, aut orientem spectare debet aut illum locum, qui ad
hostes respicit, aut, si iter agitur, illam partem debet ad-
tendere, ad quam est profecturus exercitus, intra quam
primae centuriae, hoc est cohortes, papiliones tendunt et
dracones et signa constituunt. Decumana autem porta, 3
quae appellatur, post praetorium est, per quam delin-
quentes milites educuntur ad poenam.

XXIIII QVO GENERE MVNIENDA SINT CASTRA

Castrorum autem diuersa triplexque munitio est. Nam si 1
nimia necessitas non premit, caespites circumciduntur e
terra et ex his uelut murus instruitur, altus tribus pedibus

ABDFGMPQRSTV(a u. **567** papiliones)

23,2 Hyg. mun. castr. 56 23,3 cfr Bell. Afr. 46,2; Sen. dial. 3,18,3

560 QVALI] QVA **RS** DELINIENDA **δ** (*corr.* **R**^{c}) *cfr Cap. libri I* delinienda sint castra **S** **563** autem *om.* **T** **565** *sq.* attendere **FRST** **567** centuriae] tenturiae **AB** -oriae **GMQ** contrariae **R**^{1} *corr. et* **R**^{2} *et* **R**^{3} *cfr I 400* papiliones] *ab hac uoce accedit* **V** **569** praeturium **AB** -toriam **π** **570** penas **T** **571** XXIIII–CASTRA *om. sine uacuo spatio* **FPQ** **572** autem triplex munitio **Q** triplexque *secl. Lang Add.* **573** caespites **ABM** cesp- *rell. similiter fere et u. 576 et III 8,7 sqq. cfr TLL 3,110,30 sqq.*

supra terram, ita ut in ante sit fossa, de qua leuati sunt
caespites; deinde tumultuaria fossa fit lata pedes nouem
2 et alta pedes VII. Sed ubi uis acrior imminet hostium,
tunc legitima fossa ambitum conuenit munire castrorum,
ita ut XII pedes lata sit et alta sub linea, sicut appellant,
3 pedes nouem. Supra autem saepibus hinc inde factis quae
de fossa leuata fuerit terra congeritur et crescit in altum
4 IIII pedes. Sic fit, ut sit XIII pedibus alta et XII lata; supra
quam sudes de lignis fortissimis, quas milites portare con-
5 sueuerant, praefiguntur. Ad quod opus ligones rastra qua-
los aliaque utensilium genera habere conuenit semper in
promptu.

ABDFGMPQRSTV

24,4 Tac. ann. I 35,1

576 fit] sit **V** **576** *sq.* nouem (VIIII **QRV**) alta **MQRS TV** VII] *hic, ut in reliquo cap., numeros litteris expr. complures codd.* inminet **ε** *Lang cfr u. 588* **579** duodecim pedibus et alta **T** sub (*om.* **b**) linea **bC** *Col. quoque edd.* sublimitas **FRPS**^{1}**Vad efg** limitas appellant *exp.* linea *in marg. adscr.* **S**^{c} sublinia **R**^{2} *in marg. cfr TLL 7: 1,1437,48* sicut appellant *om.* **Qb** **580** saepibus] sepius **T** **581** leuata **bcf** *Col. quoque Lang* egesta **FPR STVadeg** *v* (*in marg. We.* †leuata *in textu*) *Scriu. sed cfr TLL 7: 2,1234,37 sqq.* fuerint **ABDGM** **582** sit *om.* **G** XIII (tredecim **M**) alta **ε** *Lang at u. Andersson 103* vt sit alta tredecim pedes, duodecim lata *v Scriu.* **583** *sqq.* consuerant **R**^{1} *suppl.* **R**^{2} -sueuerunt **T** *Lang* ligones *ex* legiones **S** rustra **T** qualos *om.* **R**^{1}**S**^{1}**V** *supra l. adscr.* **R**^{2} *in marg.* **S**^{c} palos **DT** haberi **MQT**

XXV QVEMADMODVM MVNIENDA SINT CASTRA CVM HOSTIS IMMINEAT

Sed facile est absentibus aduersariis castra munire, ue- 1
rum, si hostis incumbat, tunc omnes equites et media
pars peditum ad propulsandum impetum ordinantur in
acie, reliqui post ipsos ductis fossis muniunt castra, et per
praeconem indicatur, quae centuria prima, quae secunda,
quae tertia opus omne compleuerit. Post hoc a centurio- 2
nibus fossa inspicitur ac mensuratur et uindicatur in eos,
qui neglegentius fuerint operati. Ad hunc ergo usum in- 3
stituendus est tiro, ut, cum necessitas postulauerit, sine
perturbatione et celeriter et caute possit castra munire.

ABDFGMPQRSTV

25,1 Caes. ciu. I 41,4–6 25,2 mil. I 1,6

588 INMINEAT **G** IMMINET **V** *tit. deest in* **DS** (*uacuum sp. rel.* S) **590** *sq.* media] dimidia *Eussner* (*1873*) *524 at cfr TLL 8,596,42 sqq, 83 sqq.* peditum *om.* **V** **593** centuria] tenturia **P** -oria **ABMQ** **594** conpleuerit **MS** *Lang* compleuerint **Q** **598** et caute *om.* **ε** *super adscr.* **G**^{2} *uncis secl. Lang*^{1} possint **ε S**^{1} *corr.* **G**^{c}**S**^{c} possit (-int) castra munire *codd.* (*clausulam q. u. I obserues*) possint munire (*sic*) *Lang*^{1} castra possit munire *L.*^{2}

XXVI QVEMADMODVM EXERCEANTVR TIRONES VT IN ACIE ORDINES ET INTERVALLA CVSTODIANT

1 Nihil magis prodesse constat in pugna, quam ut assiduo
exercitio milites in acie dispositos ordines seruent necubi
contra quam expedit aut conglobent agmen aut laxent.
2 Nam ut constipati perdunt spatia pugnandi et sibi inui-
cem inpedimento sunt, ita rariores atque interlucentes
3 aditum perrumpendi hostibus dabunt. Necesse est autem
statim metu uniuersa confundi, si intercisa acie ad dimi-
4 cantium terga hostis accesserit. Producendi ergo tirones
sunt semper ad campum et secundum matriculae ordi-
nem in aciem dirigendi, ita ut primo simplex extensa sit
acies, ne quos sinus, ne quas habeat curuaturas, ut ae-
5 quali legitimoque spatio miles distet a milite. Tunc prae-

ABDFGMPQRSTV

26,1 sq. mil. III 6,22; 15,7; 20,2; Caes. Gall. II 25,1; V 35,4; VI 37,10; ciu. I 44,1; 3; 71,3; II 41,6; Liu. perioch. 58 (Rossbach p. 69,7 sqq.)

599 QVEMADMODVM–TIRONES *sine uacuo sp. om.* **P** **600** *sq.* VT (Aut **ABGM**)–CVSTODIANT *ex tit. seiuncta pro primis capitis uerbis ponunt* **εFP** *errorem corr.* **B**^{c} **603** ordines seruent] ordines indesinenter obseruent **B**^{2} **602** adsiduo **ε** *Lang* **604** expetit **R**^{1} *corr.* **R**^{c} agmen *om.* **R** *super adscr.* **R**^{c} lassent **T** **605–606** ut (et **D** *super adscr.* g)–ita (et **R**^{2}, ita *exp.*)**πTag** *Mo. Stew.* et (etiam *We.*) – et **εbcdef** *We. Lang* ut (sicut, quemadmodum)–ita *Veg. et in mil. et in mulom fauet, u. Concord.* **607** dabunt **adg** *quoque Stew. in marg. ex "libris melioribus"* praestant (-stent **G**^{1})**εTbcef** *super adscr.* (dabunt *exp.* **R**^{2})**R**^{2}**g** **611** prima **F** simplex et extenta **T** *Lang* simplex *om.* **F** extenta **FP** **613** *sq.* praecipiendum ne dubitent aciem **R**^{1}**S**^{1}**V** *corr.* **R**^{2}**S**^{c}

cipiendum, ut subito duplicent aciem, ita ut in ipso im-
petu is, ad quem respondere solent, ordo seruetur. Tertio 6
praecipiendum, ut quadratam aciem repente constituant,
quo facto in trigonum, quem cuneum uocant, acies ipsa
mutanda est. Quae ordinatio plurimum prodesse consue- 7
uit in bello. Iubetur etiam, ut instruant orbes, quo genere,
cum uis hostium interruperit aciem, resisti ab exercitatis
militibus consueuit, ne omnis multitudo fundatur in fu-
gam et graue discrimen immineat. Haec si iuniores assi- 8
dua meditatione perceperint, facilius in ipsa dimicatione
seruabunt.

XXVII QVANTVM SPATIVM IRE VEL REDIRE DEBEANT VEL QVOTIENS IN MENSE EXERCERI CVM EDVCVNTVR MILITES AMBVLATVM

Praeterea et uetus consuetudo permansit et diui Augusti 1
atque Hadriani constitutionibus praecauetur, ut ter in

ABDFGMPQRSTV

26,6 sq. mil. III 17,4; 19,5; Gell. X 9,1; Caes. Gall. VI 40,2; VIII 14,5 abunde TLL 4,1404,37 sqq. 26,7 Caes. Gall. IV 37,2; V 33,3; Bell. Alex. 40,3; Liu. XXI 56,2; XXVIII 22,15; Lucan. 4,777

615 is ad] esse ad **ABG**^{1}**M** *corr.* G^{c} ad **Q** **616** quadrata acies repente constituatur **DG** constituantur **B** **618** mutanda] disponenda **Q** **621** ne] Non **G** omnes **A**^{1}**BMQ** *corr.* **A**^{c} fundantur **A**^{1}**B**^{1}**M** *corr.* **A**^{c}**B**^{c} fugetur **DG** uel fundatur *in marg.* **G**^{2} **622** inmineat **GSV** adsidua **MQ** *Lang* **624** obseruabunt **Q** **625** VEL] ac *Lang cfr Cap. libri I* **627** AMBVLANDVM **DR**^{1}**S**^{1} *corr.* **R**^{c}**S**^{c} AD AMBVLANDVM **V** **629** ut ter] ut iter **AB** utiter **G**^{1}**MQ** *corr.* **G**^{c} **629** *sq.* in mense educantur tam **T** educatur **ABG**^{1} *corr.* **G**^{c} ambulantum **G**^{1} *corr.* **G**^{c}

mense tam equites quam pedites educantur ambulatum;
2 hoc enim uerbo hoc exercitii genus nominant. Decem mi-
lia passuum armati instructique omnibus telis pedites mi-
litari gradu ire ac redire iubebantur in castra, ita ut ali-
3 quam itineris partem cursu alacriore conficerent. Equites
quoque diuisi per turmas armatique similiter tantum iti-
neris peragebant, ita ut ad equestrem meditationem inter-
dum sequantur interdum cedant et recursu quodam im-
4 petus reparent. Non solum autem in campis, sed etiam in
cliuosis et arduis locis et descendere et ascendere utraque
acies cogebatur, ut nulla res uel casus prorsus pugnanti-
bus posset accidere, quam non ante boni milites assidua
exercitatione didicissent.

ABDFGMPQRSTV

27,2 cfr Hist. Aug. Hadr. 10,4   27,4 mil. I 18,4

632 structique **R^1SV** *corr.* **R^2**   militare **R^1S^1** *corr.* **R^cS^c**   **633** *sq.* gradu ire ac redire *om.* **R^1S^1** *suppl.* **R^2S^2**   aliquid itineris partim **V** aliquam] et aliquid **R^1S^1** *corr.* **R^2** et aliquam **FPS^c** alacriori **DF**   **637** *sq.* impetus reparent **acg** *quoque* in proeliis se (*om.* **bf**) reparent (se- **f** se parant **b**) **Qbf** impetus reparetur **d** impetus temperent **e**   (ut ...) interdum sequantur interdum cedant et recursu quodam impetu repedarent *Col.* (ut ...) interdum sequerentur, interdum cederent et recursu quodam impetus repararent *v* (et recursu quodam in proelijs repedarent *Stew. in comm.*)   **639** *sq.* utreque (*ex* -ique) acies cogebantur **G**   casus **adeg** *Col. quoque v Scriu.* -u **BMQT^c** (*ex* -us) **bcf** *Lang*   **641** posset **FPRS^1Vadef** *edd.* -it *rell.*   accedere **εDF**   adsidua **MQ** *Lang*

XXVIII DE ADHORTATIONE REI MILITARIS ROMANAEQVE VIRTVTIS

Haec fidei ac deuotionis intuitu, imperator inuicte, de 1
uniuersis auctoribus, qui rei militaris disciplinam litteris
mandauerunt, in hunc libellum enucleata congessi, ut in
dilectu atque exercitatione tironum si quis diligens uelit
existere, ad antiquae uirtutis imitationem facile corrobo-
rare possit exercitum. Neque enim degenerauit in homi- 2
nibus Martius calor nec effetae sunt terrae, quae Lacedae-
monios, quae Athenienses, quae Marsos, quae Samnites,
quae Paelignos, quae ipsos progenuere Romanos. Nonne 3
Epirotae armis plurimum aliquando ualuerunt? Nonne
Macedones ac Thessali superatis Persis usque ad Indiam
bellando penetrarunt? Dacos autem et Moesos et Thracas 4
in tantum bellicosos semper fuisse manifestum est, ut ip-
sum Martem fabulae apud eos natum esse confirment.

ABDFGMPQRSTV

28,4 Flor. epit. I 28,3; 39,1 sqq.; apud eos (Thracas) natum: Hom. Od. 8,361; Arnob. nat. 4,25

648 delectu **δFGP**^{c} (di- **P**^{1}**R**^{c}) *cfr I Prol. 5* **649** conroborare **ε** *Lang* **650** degenerabit **T** *super adscr.* **g** denegatur **D** **651** effaetae **R** -fete **A**^{c}**PSTV** -fecę **F** -fect(a)e **A**^{1}**BM** defectę **Q** (defecte *super adscr.* **B**^{c}) infectę **G** infectae uel defectae **D** **653** pelignos **αβ** **654** epirotae (-ę, -e) **FP**^{2}**S**^{1}**V** *in marg.* **R**^{2} (*sed exp.*) E- *v Scriu.* Epirote **d** epirothe (*in marg.* epirj) **g** epyrote (-the **f**) **bf** epiri (E-; -y-; epiro **R**^{1}) *rell. Lang cfr IV 31,6* **655** thessali **DMR**^{c}**Sbg** athessali (ac *om.*) **Q** thesali **FR**^{1}**V** tessali **ABGPacef***Col.* thessalii **T** thesalij **d** **656** mesos **SV afg** mo- **c** my- **T** med- **d** thracas **RTe** tra- **SVg** tracos **D** thraces **FB**^{2}**GPQb** tra- **acdf** threaces **A** threces **M** tre- **B**^{1}

5 Longum est, si uniuersarum prouinciarum uires enumerare contendam, cum omnes in Romani imperii dicione
6 consistant. Sed longae securitas pacis homines partim ad
7 delectationem otii partim ad ciuilia transduxit officia. Ita cura exercitii militaris primo neglegentius agi, postea dissimulari, ad postremum olim in obliuionem perducta co-
8 gnoscitur, nec aliquis hoc superiore aetate accidisse miretur, cum post primum Punicum bellum uiginti et quod excurrit annorum pax ita Romanos illos ubique uictores otio et armorum desuetudine eneruauerit, ut secundo Pu-
9 nico bello Hannibali pares esse non possent. Tot itaque consulibus, tot ducibus, tot exercitibus amissis tunc demum ad uictoriam peruenerunt, cum usum exercitium-
10 que militare condiscere potuerunt. Semper ergo legendi et exercendi sunt iuniores. Vilius enim constat erudire armis suos quam alienos mercede conducere.

ABDFGMPQRSTV

28,10 mil. I 1,6

661 longae (-ę **G** -e **ABMQbcef***Col.*) **ε**R^{c}**bcef***Col. edd.* -a **T** longaeua (-eua) **π**G^{c}**adg** *corr.* **R**^{c} *at* longaeuus *Veg. non nisi de aetate equorum deque bobus utitur (mul. III 7,1; IV 1,1) cfr TLL 7: 2, 1619,7 sqq.* partim–**662** otii *om.* **G** partim ad delectationem *in marg. add.* **G**^{2} delectatione **T** dilectationem **ABM** delectionem **R**^{1} *corr.* **R**^{2} di- **SV** **663** militaris neglegentiis (primo *om.*) **T** agi] acriter **R**^{1}**SV** *corr.* **R**^{2} **664** ad] ac **π** postremo **δ** **666** uiginti et quod] quod biginti et tres **T** **667** illos *om.* **δ** *super adscr.* R^{2} **669** annibali **ABMQ** possint **ε** **670** *sq.* tot ducibus *om.* **T** tum demum **RSV** usum] suum **T** **673** Vilius] Vtilius **FPQ** *super adscr.* **R**^{4} *in marg.* **S**^{2} constant **T** FLAVI VEGATI RENATI VIRI INLVS̄ (illustris **S**) EPITOMA

⟨*in marg.* **R**²: de dilectu atque antiqua exercitatione tyronum digesta per titulos⟩ PRIM̄ LIB̄ (epitoma primi libri **S**) EXPLIC̄ (-cit **S**) INCIP̄ LIB̄ II (scđs **S**) ⟨*super add.* **R**²: F.V.R.V. INL. Comitis, *deest in* **S**⟩ IN *(sic)* EPITOMA INSTITVTORVM REI MILITARIS DE COMMENTARIIS CATONIS AVGVSTI TRAIANI ET ADRIANI NEC NON ETIAM (et **S**) FRONTONI (*sic*) INCIPIVNT CAP̄ (capit̄ **S**) **RS** FLAVII (FL **A**¹**BMQ**) VEGETI (-ATI **ABG**¹ -ETII **D**) RENATI (R̄ **D**) VIRI (UIR **AB** V̄ **D**) INLVSTRIS (INLUST̄ **AB** INŁ **M** ILL. **D** IVŁ **Q**) EPITOMA (-TH- **Q**) DE DILECTV (**G**¹ DE- **G**ᶜ DE DILECTV *om.* **MQ**) ATQUE (ADQ; **B** ANTIQUA **Q**) EXERCITATIONE (EXERCITIONE **Q**) TIRONVM (TY-, *om.* **D**) DIGESTA PER TITVLOS LIBER PRIMVS (LIB̄ I **AG**) EXPLICIT (EXPŁ, EXPLIC̄). INCIPIT (INCIP̄) LIBER SECVNDVS (LIB̄ II **DG**) FLAVII VEGETI (-ATI **AB** VEG. **D**) RENATI (R. **D**) VIRI (UIR **ABG** *om.* **D**) INLVST̄ (INŁST **G** INŁ **BM** IUŁ **Q** *om.* **D**) COMITIS (COM̄T **G** COM̄ V. [*i. e.* VIRI *sc.* INL. *cfr* **R**² *supra*] **D**) EPITOMA (-TH- **Q**) INSTITVTORVM (-STITURUM **G**¹ *corr.* **G**ᶜ) REI MILITARIS DE COMMENTARIIS (COMEN- **M** DE COMM. *om.* **D**) TRAIANI (AUḠ TRAIANI **MQ**) ET ADRIANI NEC NON ETIAM FRONTINI AVḠ (AUGUSTINI **G**¹ AUGUSTI VII **G**² AVGVSTORVM **D** *om.* **MQ**) INCIPIT CAPITULATIO (INCIP̄ CAP̄ **M** INCIP̄ CAPITŁ **Q** INCIPIT CPŁATO [*sic*] **G**) LIBRI SECVNDI (LIBER SECUNDVS **AB** LIB̄ SD̄Ī **GQ** INCIPIT–SECVNDI *om.* **D**) **εD** FLAUII UIGETII RENATI UIRI ILLUSTRIS EPITHOMA ANTIQUA EXERCITATIONE ATQVE DE DELECTV TYRONVM DIGESTA PER TITVLOS LIBER PRIMUS EXPLICIT. INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SECVNDI **P** FLAVII VEGETII RENATI VIR ILLVSTRIS EPITOMA PRIMI LIBRI EXPLICIT INCIPIT LIBER SECVNDVS FELICITER INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SECVNDI **V** Explicit liber I. Flauii Vegetii Renati uiri illustris epitoma (*ex* -th-) antiqua exercitatione atque delectu tyronum digesta per articulos. Incipiunt Capitula libri scdī **F** Explicit liber primus. Incipit liber secundus Item capitula libri secundi **T**

similiter sed breuius fere recc.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SECVNDI

I. In quot genera diuidatur res militaris.
II. Quid inter legiones et auxilia intersit.
III. Quae causa exhauriri fecerit legiones.
IIII. Quotenas legiones antiqui ad bellum duxerunt.
V. Quemadmodum legio constituatur.
VI. Quot cohortes in una sint legione, item quot milites in una cohorte sint.
VII. Nomina et gradus principiorum legionis.
VIII. Nomina eorum, qui antiquos ordines ducebant.
VIIII. De officio praefecti legionis.
X. De officio praefecti castrorum.
XI. De officio praefecti fabrorum.
XII. De officio tribuni militum.
XIII. De centuriis atque uexillis peditum.
XIIII. De turmis equitum legionariorum.

ABDFGMPQRSTV

'Capitulatio' q. u. deest in **ε** *v Scriu.*

2 In quo genere π *corr.* $\mathbf{P}^c\mathbf{R}^2\mathbf{S}^c$ quot] quod $\mathbf{ABG}^1\mathbf{S}^c$ *corr.* $\mathbf{G}^c$ 5 Quotas $\mathbf{F}^1\mathbf{P}^1\mathbf{T}$ *corr.* $\mathbf{F}^2\mathbf{P}^c$ duxerunt *recc. quoque* (*om.* **e**) -erint **V** *Lang cfr I 11, tit.* 7 Quod $\mathbf{ABG}^1\mathbf{S}$ *corr.* $\mathbf{G}^c$ **7/8** item–sint *om.* **ε** *add.* $\mathbf{G}^2$ VII Item quod milites in una sint cohorte **S** **10** duxerunt **δ** (-cebant $\mathbf{V}^2$)**F** dixerunt **T** *cfr II 251* **12** praefecti] prefatio $\mathbf{M}^1$ -fectio $\mathbf{M}^c$ castrorum] fabrorum *super adscr.* $\mathbf{S}^2$ **13** XI–fabrorum *om.* **S** **15** atque] adque **B** ac **PRV** et **F** peditum] *om.* **ε** *add.* $\mathbf{G}^2$ militum **S**

ABDFGL(a u. 29, qui) MPQRSTV

17 instituantur **RSV** -atur **D** 22 sq. auersis **πABG**^{c}**ag** *Lang*[1] ad- **MQTbcd***Col. Lang*[2] *sed* au- *L.*[2] *Add.* aduersus **G**[1]**f** *om.* **e** *cfr II 18, tit.* (*hic* au- **MT** *quoque*) scribenda] sunt *add.* **G**[2] 24 compotandi **Q** commutandi **M** 25 elegendam **ε** *corr.* **Q** eligendum est **D** 27 seruandum **afg** *quoque* -am **FTcd***Col. Lang* eligendam **b** *om.* **e** *cfr II 20, tit.; Svennung, Unters. 262 sqq.* ipsis *om.* **εDbcdef***Col. adscr.* **G**[2] *cfr II 20, tit.* 29 qui] *hoc in uerbo accedit* **L** 30 cornices **F**[1]**RSV**[1] *corr.* **F**[2]**V**^{c} *cfr II 7,8; 22,1 (bis); 2 (bis); III 8,18* 32 XXIII–militum *om.* **R**[1]**S** *in marg. adscr.* **R**[2] 33 adhortationum et exercitii **PRV**

XXV. Enumeratio ferramentorum uel machinarum legionis.

⟨LIBRI II PROLOGVS⟩

1 Instituta maiorum partis armatae plenissime clementiam uestram peritissimeque retinere continuis declaratur uictoriis ac triumphis, siquidem indubitata adprobatio artis
2 sit rerum semper effectus. Verum tranquillitas tua, imperator inuicte, altiori consilio quam mens poterat terrena concipere ex libris antiqua desiderat, cum ipsam antiqui-
3 tatem factis recentibus antecedat. Igitur cum haec litteris breuiter comprehendere maiestati uestrae non tam discenda quam recognoscenda praeciperer, certauit saepius
4 deuotio cum pudore. Quid enim audacius quam domino ac principi generis humani, domitori omnium gentium

ABDFGLMPQRSTV

Prol. 1 Paneg. XII 43,4: 44,3; 45,4; 7; Sen. dial. III 8,5; Amm. XXVII 2,4 2 Paneg. XII 8,5 4 ib. 13,3

35 perferramentorum **ABG** machinorum ε *corr.* **G**^{c}**L**^{c}**M**^{c}**Q**^{c} **36** *titulos capitum XXII–XXV sine numeris partim uitiose continua litteratura maiuscula rep.* **ABGM** (*hic* FERRAMENTORUM, MACHINARUM **AMG**^{c}**M**) (*post* legionis) EXPLICIVNT (EXPLICIT **G**^{1}) CAPITVLA (CAP̄TL **R**) **G**^{c}**RV** EXPLĪC (EXPŁ **A**) CAPITULA **AB** INCIP̄ PRAEFATIO LIBRI SC^{2}DI AD THEODOSIVM CAESAREM AVḠ IMP̄R̄M **D** Incipit prefatio libri secundi **T** Incipit Liber Secundus **F** **38** maiorum partis *om.* **FP** armaturę **F** **40** approbatio **DFSTV** **42** altiore **FPRS** potest **T** terrena *om.* **FP** **43** antiqua] antiquorum **LQ** **45** conprehendere ε *Lang* **48** domitori **B**^{c}**G**^{c}**de** *quoque edd.* dominatori **DFLMPQSabcfg***Col.* domitorio **AB**^{1}**G**^{1}

barbararum, aliquid de usu ac disciplina insinuare bello-
rum, nisi forte iussisset fieri, quod ipse gessisset? Et rur- 5
sus tanti imperatoris non oboedire mandatis plenum sa-
crilegii uidebatur atque periculi. Miro itaque ⟨ti⟩more in 6
parendo audax factus sum, dum metuo uideri audacior, si
negassem. Ad quam temeritatem praecedens me indul- 7
gentiae uestrae perennitas animauit. Nam libellum de di- 8
lectu atque exercitatione tironum dudum tamquam fa-
mulus obtuli; nec tamen culpatus abscessi nec formido
iussum adgredi opus, quod spontaneum cessit inpune. 9

ABDFGLMPQRSTV

7 indulgentia: Plin. epist. X 3a,1; 5,1; X 13; perennitas: mil. II 18,6 cfr ep. Theodosii ad Gallam Pl. (Acta concil. ed. Schwartz II 3, p. 16,15, ep. 23) nostra aeternitas

49 barbarorum **ABLMQ** **50** *sq.* nisi–gessisset *Stew. Scriu. quoque* nisi forte quod ipse iussisset fieri quod ipse gessisset **RTV** quod non (in **Q**) iussisset fieri nisi forte quod ipse gessisset **FLPQ** nisi forte iussisses fieri quod ipse gessisses *We. Mo.* Et rursus **bf** *quoque* Et rursum **Ac***Col. Lang* Rursus (Et *post* -et *excidit*) **FPRTV** mandatis **bcf***Col. quoque edd.* Pr(a)eceptis **FPRSTVadeg** **52** timore *We. in marg., Mo. Stew. Scriu.* more **εTbc** *Lang* modo **πadefg***Col.* †modo *We.* **54** *sq.* indulgentiae uestrae (vestre indulgencie **f**) perennitas *recc. Col. quoque v Scriu. Lang*[1] indulgentia uestre perhennitatis **T** *Foerster* (*1879*) *59 Lang*[2] (-ae perenn-) *cfr II 18,6* **55** *sq.* delectu **GP**[c] (di- **P**[1])**RSV** exercitione **Q** exercitio **RSTV** *cfr I Prol. 5; 28,1* **57** *sqq.* nec tamen **FPRSVadeg** *v Scriu.* non tamen **εDTbcf** *Col. Lang* formido iussum **adeg** *quoque v Scriu.* formido iussu **T** formido iussus **ABGMc***Col. Lang* formidulussus **L**[1] -ossos **L**[2] formidolosus (*ex* -dul- **Q**) **FPQb** formidini illius sum **f** iussum–opus] (formido)losus aggredi iussus incipiam opus **F** aggredi **DFST** quod] cum **RSTV** spontaneus **F** cessit

I IN QVOT GENERA DIVIDATVR RES MILITARIS

1 Res igitur militaris, sicut Latinorum egregius auctor car-
2 minis sui testatur exordio, armis constat et uiris. Haec in
tres diuiditur partes, equites pedites classem. Equitum
alae dicuntur ab eo, quod ad similitudinem alarum ab
utraque parte protegant acies; quae nunc uexillationes
uocantur a uelo, quia uelis, hoc est flammulis, utuntur.
3 Est et aliud genus equitum, qui legionarii uocantur prop-
terea, quod connexi sunt legioni; ad quorum exemplum
4 ocreati sunt equites instituti. Classis item duo genera
sunt, unum liburnarum, aliud lusoriarum. Equitibus

ABDFGLMPQRSTV

II 1,1 Verg. Aen. 1,1 1,2 Seru. Aen. 11,604; cfr Cinc. Gell. XVI 4,6 1,4 mil. III 2,10; 6,21; 9,7; 13,3

RS^{1}TVbcdfg^c (*om.* **a**) *Col. Mo. Stew. Scriu. Lang* †cessit *We.* gessit **ABDLMP^{1}QS^{1}e** gessi **FGP^{c}g^1** *We. in marg.* impune **DFRT**

59 IN QVO GENERE **δF** *corr.* **R^2** QVO **P^1** *corr.* **P^c** QVOD **AB** *cfr Cap. libri II,1* 60 *sq.* sicut–Haec *Gemollio obsecutus importune eiecit Lang^2; u. Schenk 31 sq.; Andersson 28 sq.; De Jonge (1955) 103 sq.; Oennerfors (1993), ann. 45* uiris **RS^{1}T Va** uiribus **εDFPS^{c}bcdefg** *Col. super adscr.* **R^4** 62 classes **ABFGP** *v Scriu.* -is **LMQ** 63 alae] ala **G^1** -as **A^1**(?)**BL MQ** *corr.* **A^{c}G^c** equites alas dicunt *in marg.* **A^2** 64 protegant **abcdef** *quoque* -at *Col.* -unt **Tg** *Lang at cfr Andersson 117 sq.* 65 a uelo] ab eo **GP^1** *corr.* **P^c** 67 sint **LQ** 68 clausis **G^1** *corr.* **G^c** classes **A^1**(?)**BM** -um **Q^1** -ium **A^{c}LQ^c** -im **V** 69 liburnarium **δG^c** (-arum **G^1**)**P** -alium **F** alium **ABGM** lusoriarum **LTg** -uriarum **e** -iriarum (*in marg.* **R^2**) **ABFGMPQR^2 fbc** lisuriarum *Col.* lusiarum **D** lusuarium **SRVad** *in marg. add.* **g** *cfr TLL 7: 2,1868,50 sqq.; infra IV 876*

campi, classibus maria uel flumina, peditibus colles urbes
plana et abrupta seruantur. Ex quo intellegitur magis rei 5
publicae necessarios pedites, qui possunt ubique pro-
desse; et maior numerus militum sumptu expensa minore
nutritur. Exercitus ex re ipsa atque opere exercitii nomen 6
accepit, ut ei numquam liceret obliuisci quod uocabatur.
Verum ipsi pedites in duas diuisi sunt partes, hoc est in 7
auxilia et legiones. Sed auxilia a sociis uel foederatis gen- 8
tibus mittebantur; Romana autem uirtus praecipue in le-
gionum ordinatione praepollet. Legio autem ab eligendo 9
appellata est, quod uocabulum eorum desiderat fidem at-
que diligentiam, qui milites probant. In auxiliis minor, in 10
legionibus longe amplior consueuit militum numerus ad-
scribi.

ABDFGLMPQRSTV

1,6 mil. II 23,1; Varro ling. 5,87; Cic. Tusc. 2,37; Vlp. dig. XXIX 1,1,1   1,9 Varro ling. 5,87; 6,66; Plut. Rom. 13

70 marina **R^{1}V** *corr.* **R^c**   **73** maiorum **ABLMQ**   sumptu **bcdef** *quoque*] *uncis incl. Lang; iure defendit Andersson 127* sumptus **DFPRVag** -uum **G**   expensa **aefg** *quoque* et expensa **Tcd** *Col. v Scriu.* expresso **LQb** expersa **M** *de asyndeto cfr I 26,4; u. H–Sz 828 sqq.; Andersson 127 sqq.*   **75** liceat **DG**   **77** in auxilia–Sed *om.* ε *in marg. add.* G^2 auxilia *alterum*] auxiliarii **Q** -iis **L**   uel] et δ   **79** elegendo **A^{1}BMQ** *corr.* **A^c**   **80** appellanda ε   **82** *sq.* ascribi **TV** ass- **FR^c** (adsc- **R^1**)**S**

II QVID INTER LEGIONES ET AVXILIA INTERSIT

1 Denique Macedones Graeci Dardani phalangas habue-
runt, ut in una phalange armatorum VIII milia censeren-
2 tur. Galli atque Celtiberi pluresque barbarae nationes ca-
teruis utebantur in proelio, in quibus erant sena milia
3 armatorum. Romani legiones habent, in quibus singulis
4 sena milia, interdum amplius militare consuerunt. Quid
autem inter legiones et auxilia interesse uideatur, expe-
5 diam. Auxiliares cum ducuntur ad proelium, ex diuersis
locis, ex diuersis numeris uenientes nec disciplina inter
6 se nec notitia nec affectione consentiunt. Alia instituta,
alius inter eos est usus armorum. Necesse est autem tar-
dius ad uictoriam peruenire qui discrepant, antequam di-

A B D E (fol. 100^{v} = **85** macedones–**89** armatorum) F G L M P Q R S T V

2,5 numeris: Vlp. dig. III 2,2,1; mil. III 4,6

85 macedones **δEF^{c}G^{c}PTaefg** *v* acies macedones **d** macetiones **F^{1}G^{1}** actiones **ABLMQbc** *Col.* uel Actones *in marg.* **G^{2}** phalangas **Eg** -es **FTbf** falanges (-ll- **LMQ**) *rell.* **86** ut **bcf** *Col. quoque We. Mo. Lang* et **πadg** *Stew. Scriu.* In **e** *om.* **T** phalange **Tbdf** -a (fa- **R^{1}SV**) **ER^{1}SVg** falange (-ll- **LQ**) *rell.* VII **P** septem **F** censerentur **bdf** *Col. quoque We. Mo. Lang super adscr.* **R^{4}** censebantur **Tg** censuerunt **DFPRSae** *Stew. Scriu.* consuerunt **V** conseruentur **c** **87** barbaric(a)e **ε** **90** consueuerunt **FPRSV** *clausulam q. u. I respicias, cfr I 17,3; II 2,11; IV 25,4; 29,4; 38,13* **92** *sq.* expediat **M** ex diuersis locis *om.* **LQ** **93** *sq.* ex] et **π** numeris] muneribus **FPR^{1}SV** *corr.* **R^{2}** disciplinę … notitiae (-ia **Q**) … affectioni **LQ** consentiunt] consistunt **FPR^{1}SV** *corr.* **R^{2}** Alia] talia **A^{1}BM** *corr.* **A^{c}** inter talia **L^{1}Q** *corr.* **L^{c}**

micent. Denique cum in expeditionibus plurimum prosit 7
omnes milites unius praecepti significatione conuerti,
non possunt aequaliter iussa complere qui ante pariter
non fuerunt. Tamen haec ipsa si sollemnibus diuersisque 8
exercitiis prope cottidie roborentur, non mediocriter
iuuant. Nam legionibus semper auxilia tamquam leuis ar- 9
matura in acie iungebantur, ut in his proeliandi magis ad-
miniculum esset quam principale subsidium. Legio au- 10
tem propriis cohortibus plena cum grauem armaturam,
hoc est principes hastatos triarios antesignanos, item le-
uem armaturam, hoc est ferentarios sagittarios funditores
ballistarios, cum proprios et sibi insitos equites legiona- 11
rios isdem matriculis teneat, cum uno animo parique
consensu castra muniat, aciem instruat, proelium gerat,
ex omni parte perfecta, nullo extrinsecus indigens adiu-
mento, quantamlibet hostium multitudinem superare
consueuit. Documentum est magnitudo Romana, quae 12
semper cum legionibus dimicans tantum hostium uicit,
quantum uel ipsa uoluit uel rerum natura permisit.

ABDFGLMPQRSTV

99 conplere ε *Lang* **100** sollemnibus] solam omnibus **R**^{1}**S**^{1}**V** *corr.* (sollenn-) **R**^{2}**S**^{2} **101** cotidie **DFGRTV** *Lang* **106** *sq.* principes–hoc est *om.* ε**FP** principes–armaturam *in marg. add.* **G**^{2} ferentarios] ante ferrentarios **R**^{1} *corr.* **R**^{2} antefe- rentarios (ante f-) **DSTV** fundatores ε **108** balistarios **DF LMPQSTV** **109** hisdem **ABG**^{1}**RT** *corr.* **G**^{c} Idem **V** tene- ant **G**^{1}**T** *corr.* **G**^{c} **111** *sq.* adiumento] amminiculo (solacio *super adscr.* **T**^{2}) **Tg** quantum libet **ABG**^{1}**V** *corr.* **G**^{c} **113** con- sueuerat **FPRSV** *v Scriu. sed cfr ad II 2,3* Documento **T** -i **FP**

III QVAE CAVSA EXHAVRIRI FECERIT LEGIONES

1 Legionum nomen in exercitu permanet hodieque, sed per
neglegentiam superiorum temporum robur infractum est,
cum uirtutis praemia occuparet ambitio et per gratiam
promouerentur milites, qui promoueri consueuerant per
2 laborem. Deinde contubernalibus completis stipendiis
per testimoniales ex more dimissis non sunt alii substi-
3 tuti. Praeterea necesse est aliquantos morbo debilitari
atque dimitti, aliquantos deserere uel diuersis casibus in-
terire, ut, nisi annis singulis, immo singulis paene
mensibus in recedentium locum iuniorum turba succe-
4 dat, quamuis copiosus exhauriatur exercitus. Est et alia
causa, cur attenuatae sint legiones: magnus in illis labor

ABDFGLMPQRSTV

3,3 morbi: mil. III 2; cfr e. g. Bell. Afr. 77,3; Amm. XIV 6,23; XXX 6,4; XXXI 4,5, al. desertores: Caes. Gall. II 25,1; VI 23,8; ciu. I 76,2 sq.; Flor. epit. II 8,8; Frontin. strat. I 6,1; III cap. 16; IV 1,29, al.; Amm. XXIII 6,81; XXXI 7,4, al.

116 FECIT **RS** **117** hodie **δF** **119** cum] Nam cum **εD** **121** Deinde] denique **LMQ** *om.* **F** conpletis **ε** *Lang* **123** morbo aliquantos **εD** **124** dimittit **M** desere **A**^{1}**BM** *corr.* **A**^{2} deseri **FGP** militiam deserere *We. Mo. de* deserendi *uerbo absolute usurpato iam Stew. in comm.; TLL 5: 1,683,1 sqq.* **124** *sqq.* interire ut (interire. Vt **P**) nisi **πTadeg** *v Scriu. Lang*^{1} ut *exp.* **S**^{c} interire et (ac *Lang*^{2}) nisi **bf** *Lang*^{2} interire. Nisi **εc** *Col. Andersson 141* anni **AB**^{1}**M** *corr.* **B**^{c} inse cedentium **T** inrecendentium **V** incedentium **F** in recidendum **AB**^{1}**G**^{1}**M** *corr.* **B**^{2}**G**^{2} **127** ex(h)auriatur **π**(**R**^{c})**ade** *v Scriu.* -itur **εR**^{1}**Tbcfg** *Col. Lang cfr L. Loefstedt (1968) p. 158* **128** atenuatae **LMQ**^{1} (att- **Q**^{c})**V** adt- **ABDG** *Lang* tenuate **FP**

est militandi, grauiora arma, plura munera, seuerior disci-
plina. Quod uitantes plerique in auxiliis festinant militiae 5
sacramenta percipere, ubi et minor sudor et maturiora
sunt praemia.
Cato ille Maior, cum et armis inuictus esset et consul 6
exercitus saepe duxisset, plus se rei publicae credidit pro-
futurum, si disciplinam militarem conferret in litteras.
Nam unius aetatis sunt quae fortiter fiunt; quae uero pro 7
utilitate rei publicae scribuntur, aeterna sunt. Idem fece-
runt alii complures, sed praecipue Frontinus, diuo Tra-
iano ab eiusmodi comprobatus industria. Horum insti- 8
tuta, horum praecepta, in quantum ualeo, strictim
fideliterque signabo. Nam cum easdem expensas faciat et 9
diligenter et neglegenter exercitus ordinatus, non solum praesentibus, sed etiam futuris saeculis proficiet, si prouisione maiestatis tuae, imperator Auguste, et fortissima dispositio reparetur armorum et emendetur dissimulatio praecedentium.

ABDFGLMPQRSTV

3,6 sq. u. Praef. p. XLV

129 est et militandi **ε** et *exp.* B^{c} *del.* G^{c} seuior **GLMQV** senior **AB** **133** esset consul (cun- **B**) A^{1}**BM** et *add.* A^{2} dixisset $A^{1}B^{1}G^{1}$**S** *corr.* G^{c} dixisse $A^{c}B^{c}$**LMQ** se **abcefg***Col. quoque edd. om.* **δTd** **135** litteras G^{c}**ag** *quoque v Scriu. Lang* -is **εbcdef***Col.* **138** conplures **εV** *Lang* quam plures **S** **139** ab] ob **GT** *om.* **π** *cfr Andersson 106 sq.* conprobatus **LMQV** *Lang* probatus **F** industriam **ABGMT** **140** in **abcfg** *Col. quoque om.* **δde** **143** proficiet **πade** *v Scriu.* -ficit **εTbcf** *Lang* -ficiat **g** **146** praecedentum A^{c} (-ium A^{1}) **BLMQRT** *Lang sed obserues clausulam q. u. II*

IIII QVOTENAS LEGIONES ANTIQVI AD BELLVM DVXERVNT

1 In omnibus auctoribus inuenitur singulos consules aduer-
sum hostes copiosissimos non amplius quam binas du-
2 xisse legiones additis auxiliis sociorum. Tanta in illis erat
exercitatio, tanta fiducia, ut cuiuis bello duae legiones
3 crederentur posse sufficere. Quapropter ordinationem le-
gionis antiquae secundum normam militaris iuris expo-
4 nam. Quae descriptio si obscurior aut inpolitior uidebi-
tur, non mihi sed difficultati ipsius rei conuenit imputari.
Attento itaque animo saepius relegenda sunt, ut memoria
5 intellegentiaque ualeant conprehendi. Necesse est enim
inuictam esse rem publicam, cuius imperator militari arte
percepta quantos uoluerit faciat exercitus bellicosos.

V QVEMADMODVM LEGIO CONSTITVATVR

1 Diligenter igitur lectis iunioribus animis corporibusque
praestantibus, additis etiam exercitiis cottidianis quattuor
uel eo amplius mensuum, iussu auspiciisque inuictissimi

ABDFGLMPQRSTV

147 Quotas **T** Quottas **g** **148** duxerunt **cdefg** *Col. quoque v* DVXERINT **DRVa** *in marg.* S^2 (*ut uid.*) *Scriu. Lang om.* **b** *cfr I 11, tit.* **152** cuiuis] cui **G**^{1}**LQS**^{c} (*ex* cuiuis) uis *adscr.* **G**^{2} **153** crederentur] fierent *in marg. add.* **S** fierent crederentur **FL PQ** **155** impolitior **δFT** **156** inputari **ε** *Lang* de- **F** **157** adtento **ε** (att- **A**^{c}) *Lang cfr III 244; 314* **158** comprehendi **DFPRST** **160** facit **δT** **162** animo corporeque **δdeg** **164** mensum **RV** -ium **DFL**^{c}**P**^{c} (-uum **L**^{1}**P**^{1}) *recc. cfr IV 39,1; 40,4 Andersson 180; TLL 8,746,40 sqq.; Svennung, Erani uol. 27, 1929, 95* (*ad Pall.*)

principis legio formatur. Nam uicturis in cute punctis mi- 2
lites scripti, cum matriculis inseruntur, iurare solent; et
ideo militiae sacramenta dicuntur. Iurant autem per 3
Deum et per Christum et per sanctum Spiritum et per ma-
iestatem imperatoris, quae secundum Deum generi hu-
mano diligenda est et colenda. Nam imperator cum Au- 4
gusti nomen accepit, tamquam praesenti et corporali Deo
fidelis est et praestanda deuotio et inpendendus peruigil
famulatus. Deo enim uel priuatus uel militans seruit,
cum fideliter eum diligit qui Deo regnat auctore. Iurant 5

ABDFGLMPQRSTV

5,2 sq. punctis: mil. I 8,1; cfr Cod. Theod. X 22,4; Cod. Iust. XI 10,3 iurare: cfr Liu. XXII 38,2 sqq.; 53,10 sqq.; Caes. ciu. I 76,2 sq.; III 13,3 sq.; Cinc. Gell. XVI 4,2; Amm. XXI 5,10 5,3 Tert. Scap. 2,7 5,5 Amm. 1.1.

165 uicturis **ABLMQ$R^c$$S^c$bcf***Col. Stew. Lang* Victuris *in marg. iterat* **R^2** iuncturis **e** picturis **DFGPR^1TVadg** (*in ras.* **d**) picture **S^1** puncturis *Mo. Scriu.* †puncturis *We.* pictis puniceis *in marg. cfr I 8,1 Andersson 6 sq. Verg. georg. 3,454 Aen. 4,67 Lucan. 10,188 comparantem* in cute *post* punctis **FP** *om.* **LQ** pinctis **D** **165** *sq.* milites scriptorum matriculis inserti **L** milite scripto cum matruculis inserti **Q** **167** *sq.* per deum (dominum **V**) et per christum et per sanctum spiritum (sp. sanctum **DFSVadeg** *Mo. Stew. Scriu.*) **πadeg** *Mo. Stew. Scriu.* per deum et christum et sanctum spiritum (sp. sanctum **bc***Col.*) **εTbc***Col. Lang* per deum christum et spiritum sanctum *We.* per deum et christum et seruiendum **f** **170** imperatori **F** **171** accipit **LPQ** **172** est et (ei **d**) praestanda (-i **G**) deuotio et impendendus (in- **GP**) **πGde** (& … & *super adscr.* **G** et *prius del.* **V^c**) est (et **T**) pr(a)estanda deuotio inpendendus (im- **Tbcf** *Col.*) **ABLMQTbcf***Col. Lang* est praestanda (pr. est **g**) deuotio et impendendus **ag** *v Scriu.* peruigili **AB^1LMQ^1** *corr.* **$B^c$$Q^c$** **173** deo. Deo **P**

autem milites omnia se strenue facturos, quae praeceperit imperator, numquam deserturos militiam nec mortem recusaturos pro Romana re publica.

VI QVOT COHORTES IN VNA SINT LEGIONE ITEM QVOT MILITES IN VNA COHORTE SINT

1 Sciendum autem est in una legione decem cohortes esse
debere. Sed prima cohors reliquas et numero militum et
dignitate praecedit. Nam genere atque institutione littera-
2 rum uiros electissimos quaerit. Haec enim suscipit aqui-
lam, quod praecipuum signum in Romano est semper
exercitu et totius legionis insigne; haec imagines impera-
3 torum, hoc est diuina et praesentia signa, ueneratur; ha-
bet pedites mille centum quinque, equites loricatos
cxxxii, et appellatur cohors miliaria; haec caput est legio-

ABDE (pauca quadrant ad u. **180–209**) FGLMPQRSTV

6,1 mil. II 12,1; Varro ling. 5,88; Hyg. mun. castr. 3; Caes. Gall. V 15,4 cfr I 39,2   6,2 Caes. ciu. III 64,4   6,3 miliaria: Schenk p. 20

176 militiam **αβ**: *eiecere Scriu. Gemoll (1872) 113 at cfr TLL 5: 1,676,47 sqq. (nihil obstat* deserendi *uerbi II 3,3 usurpatio absoluta)*   **178** *sq.* QUOD (-t **B**^{2}**G**^{c}) … quod (quot **B**^{2}**G**^{c}) **AB**^{1}**G**^{1} **MS** SINT IN VNA LEGIONE **FP** ITER QVOT MILITES IN VNA SINT LEGIONE **V** *cfr ad Cap. libri II,6* ITEM–SINT] *ab his uerbis in* **εP** *caput VI incipit*   **180** *sqq. Hoc in capite, ut alioquin, in numeris exprimendis alii codicum scribae notas, alii litteras praeferunt. Langium secutus illas – quibus praesertim* **ABDEGRS** *fauent – saepius adoptaui.*   **183** suscepit **ABG**^{1} *corr.* **G**^{2} **188** CXXXIII **GR**^{1} CXXXVI **DS**^{1} *corr.* **R**^{c}**S**^{2} centum triginta sex **V** centum triginta *tribus litt. eras.* **L** miliaria **abf** *Col. quoque edd.* miliari **T** millenaria **E** militaria **DFPScdeg** *cfr II 12,1* caput–legionis] prima est apud (-t **P**) legiones **FLPQ**

nis, ab hac, cum pugnandum est, prima acies incipit ordi-
nari. Secunda cohors habet pedites DLV, equites LXVI, et 4
appellatur cohors quingentaria. Tertia cohors similiter ha-
bet pedites DLV, equites LXVI, sed in hac cohorte tertia ua-
lidiores probari moris est, quia in media acie consistit.
Cohors quarta habet pedites DLV, equites LXVI. Cohors 5
quinta habet pedites DLV, equites LXVI; sed et quinta co-
hors strenuos desiderat milites, quia, sicut prima in dex-
tro, ita quinta in sinistro ponitur cornu. Hae quinque co-
hortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet 6
pedites DLV, equites LXVI; in ipsa quoque enucleati adscri-
bendi sunt iuniores, quia in secunda acie post aquilam et
imagines cohors sexta consistit. Cohors VII habet pedites 7
DLV, equites LXVI. Cohors VIII habet pedites DLV, equites
LXVI; sed et ipsa animosos desiderat uiros, quia in se-
cunda acie consistit in medio. Cohors nona habet pedites 8
DLV, equites LXVI. Cohors X habet pedites DLV, equites
LXVI; et ipsa bonos consueuit accipere bellatores, quia in
secunda acie sinistrum possidet cornu. His decem cohor- 9
tibus legio plena fundatur, quae habet pedites sex milia

ABDEFGLMPQRSTV

190 DLVII **D** et *om.* **δT** *add.* **R**[4] **191** quingentaria] quinquaginta **V** quingentenaria **F** **193** consistet **ABM** **194** *sq.* cohors $\overset{a}{\mathrm{V}}$–LXVI *om.* **G**[1] *in marg. suppl.* **G**[2] **197** Hae] Nam **LQ** **203** sed ipsa (-am **F**) **FPT** **205** *post* LXVI *iterant uerba q. s.* Sed et (**P** *quoque*; Sed **F**) ipsa (-am **F**)–medio **εFP** *eras.* **G**[c] *hic* animatos *pro* animosos **ABLMQ** **206** accipere] habere **G** **207** cornum **ABM** *Lang*

10 centum, equites DCCXXX. Minor itaque numerus armatorum in una legione esse non debet; maior autem interdum esse consueuit, si non tantum unam cohortem sed etiam alias miliarias fuerit iussa suscipere.

VII NOMINA ET GRADVS PRINCIPIORVM LEGIONIS

1 Antiqua ordinatione legionis exposita, principalium mili-
tum et, ut proprio uerbo utar, principiorum nomina ac di-
gnitates secundum praesentes matriculas indicabo. Tribu-
nus maior per epistolam sacram imperatoris iudicio desti-
2 natur. Minor tribunus peruenit ex labore. Tribunus
autem vocatur ex tribu, quia praeest militibus, quos ex
tribu primus Romulus legit. Ordinarii dicuntur qui in
3 proelio primos ordines ducunt. Augustales appellantur
qui ab Augusto ordinariis iuncti sunt. Flauiales item,

ABDE (– u. **209**) FGLMPQRSTV

7,2 Varro ling. 5,81

209 DCCXXX **Ebdf** *quoque* (*per litt.* **bd**) septingentos triginta sex **Tg** dcc **a** dxxx **e** dcc quadraginta *Col.* (DCCXXXX **G**^{1} *quoque ut uid.*, X *ultimo postea eras.*) dccccxxxiii **c** septingentos uiginti sex – *qui numerus desideratur* – *v Scriu.* **211** unam cohortem] unam hortem **AB**^{1} *corr.* **B**^{2} unum (-am **M**) hostem **LMQ** **212** alias *om.* **R** -ia *in marg.* militaria **R**^{1}**V** *corr.* **R**^{c} -ias **FP** **213** PRINCIPVM **FP** LEGIONVM **δ** *corr.* **R**^{c} **215** principum **FP** **218** peruenit ut ex **ABG**^{1}**M** ut *eras.* **G**^{c} *post* labore *add.* Quare tribuni dicuntur (*signo interrog. add.* **FP**) **FPRSV** *postea del.* **R**^{c} **221** primos **DLQR**^{c} (*ut uid.*) *Mo. Stew. Scriu.* primos ḥọṃịṇẹṣ **b** pręsunt et primos *We.* primi **a** primi sunt et **Fce** primi sunt et quia *Col.* quia primi sunt **AB GMPR**^{1}**SVdfg** *Lang*^{1} *eiciunt Foerster* (*1879*) *39 sq. et Lang*^{2} primi quia primi sunt **T**

tamquam secundi Augustales, a diuo Vespasiano sunt le-
gionibus additi. Aquiliferi qui aquilam portant. Imagina-
rii uel imaginiferi qui imperatoris imagines ferunt. Optio- 4
nes ab adoptando appellati, quod antecedentibus
aegritudine praepeditis hi tamquam adoptati eorum atque
uicarii solent uniuersa curare. Signiferi qui signa portant, 5
quos nunc draconarios uocant. Tesserarii qui tesseram
per contubernia militum nuntiant; tessera autem dicitur
praeceptum ducis, quo uel ad aliquod opus uel ad bellum
mouetur exercitus. Campigeni, hoc est antesignani, ideo 6
sic nominati, quia eorum opera atque uirtute exercitui ge-
nius crescit in campo. Metatores qui praecedentes locum

ABDFGLMPQRSTV

7,4 Varro ling. 5,91; frg. Non. p. 68,5

224 *sq.* Aquilifero **ABM** Imaginarii] Imaginiferi **T** uel imaginiferi (y-; -geni- **e**) **πadeg** *v Scriu. supra l. add.* **G**^{2} *om.* **εTbcf** *Col. Lang Andersson 14* 226 adoptando **εTb** *Lang cfr app. font.* opt- **πacdefg***Col. v Scriu.* 226 *sq.* antecedentibus–praepeditis *om.* **LQ** antecedentes **G** pr(a)eperitis **AB**^{1}**M** *corr.* **B**^{c} perditis **δ** praepeditis *in marg.* **S** adoptati cum eorum uicario **LQ** 229 Tessarii **V** 230 contuberniam **ST** tesser **LMQ** 232 Capigeni **f** Campigenii **δTdg** Campigni *Col.* Campigeta **b** antesignarii **D** ante signā **AM** ante signa **LP**^{1}**Q** *corr.* **P**^{c} ante signum **G**^{1} *corr.* **G**^{c} *cfr II 16,2* 233 opere (*ex* -a *ut uid.* **P**) **FP** uirtutes **L**^{1}**MP**^{1}**Q** *corr.* **L**^{c}**P**^{c} exercitui (*in ras.* **P**^{c}) **BFGMP**^{c}**RS**^{1}**Vcg** -itii **ADS**^{c}**Tbdef** *edd.* exercitus **LP**^{1}(?)**Q** *om.* **a***Col.* 233 *sq.* genius **BRS**^{1}**V** -uis **M** genus **ADLP**^{1}(?)**QS**^{c}**Tbcdef** *edd.* ingens uis (*in ras.* **P**^{c}) **GP**^{c}**ag** *Oudendorp* ingensius **F** gens *Col. et Stewechii 'liber impressus vetustissimus M'* u. *TLL 6: 2,1833,77 sqq. Oennerfors, Gnom. uol. 65 (1993), ann. 8; Praef. p. LIX (Speidel–Dimitrova–Milčeva)* 234 in *supra l. add.* **P** *om.* **LQ**

7 eligunt castris. Beneficiarii ab eo appellati, quod promou-
entur beneficio tribunorum. Librarii ab eo, quod in li-
8 bris referant rationes ad milites pertinentes. Tubicines,
cornicines et bucinatores qui tuba uel aere curuo uel bu-
cina committere proelium solent. Armaturae duplares qui
binas consequuntur annonas, simplares qui singulas.
9 Mensores qui in castris ad podismum demetiuntur loca,
in quibus tentoria milites figant, uel hospitia in ciuitati-
10 bus praestant. Torquati duplares, torquati simplares, qui-
bus torques aureus solidus uirtutis praemium fuit, quem
qui meruisset praeter laudem interdum duplas conseque-
11 batur annonas. Duplares, sesquiplares: duplares duas,

ABDFGLMPQRSTV

7,8 bucinatores: Inscr. Dessau 2583; passim in tit. mil. (cfr TLL); Caes. ciu. II 35,6; Frontin. strat. I 5,17 7,10 Plin. nat. 33,37 auxilia quippe et externos torquibus aureis donauere, at ciues non nisi argenteis

235 *sqq.* ab eo–beneficio *om.* **R^1S^1V** *in marg. add.* **R^2S^2** (officio tribunorum **S^2**) libris π(-os **R^c**)**adg** -os *cett. Lang* referunt *Lang contra codd. at cfr Andersson 117 sq.* **238** cornices **R^1S^1V** *corr.* **R^4S^c** *cfr ad Cap. libri II,22* (a)ere curuo **afg** *quoque* aere cornuo **ABL^1MQ** (curuo **L^c** *in ras.* cornuo *super* curuo *adscr.* **S^2**) aereo cornu *cum Oudendorpio Andersson 173 falsa Langii de* **G** *annot. inductus* (*sed re uera* ereo [ere **b**] cornu **bcde***Col.*) **239** qui **Tg** *Lang* quia *rell.* quae *v Scriu.* **240** qui **T** *Lang* que **f** quae *v Scriu.* quia *rell.* (*recc. Col quoque exc.* **f**) singulis δ *corr.* **R^c** **241** Messores **LMQ** mensuris δ *corr.* **R^cS^c** **243** *sq.* quibus torques (-is **RSV**) **FPRSVadeg** *v Scriu.* torques (-is **T**) ε**DTbcf***Col. Lang* solidae **LQ** *in marg. add.* **R^2** *„legendum fortè" Stew.* **245** propter (prae- **P^1**) laudem **FLP^cQ** duplas] duplares **LQ** **246** Duplares, sesquiplares: duplares duas, sesquiplares *Stew. in comm. Lang* Duplares sexquiplures. Duplares duas ses quiplares **R** Duplares sinquiplares

sesquiplares unam semis consequebantur annonam. Can-
didati duplares, candidati simplares. Hi sunt milites
principales, qui priuilegiis muniuntur. Reliqui munifices 12
appellantur, quia munera facere coguntur.

VIII NOMINA EORVM QVI ANTIQVOS ORDINES DVCEBANT

Vetus tamen consuetudo tenuit, ut ex primo principe le- 1
gionis promoueretur centurio primi pili, qui non solum
aquilae praeerat, uerum etiam quattuor centurias, hoc est
CCCC milites, in prima acie gubernabat. Hic tamquam ca- 2
put totius legionis merita consequebatur et commoda.
Item primus hastatus duas centurias, id est CC homines, 3
ducebat in acie secunda, quem nunc ducenarium uocant.
Princeps autem primae cohortis centuriam semis, hoc est 4
CL homines, gubernabat. Ad quem in legione prope om-
nia, quae ordinanda sunt, pertinent. Item secundus hasta- 5

ABC(a u. **256** merita) DFGLMPQRSTV

(*ex* siqui- **G**) duplares duas senquiplares (sin- **G**) **ε** Duplares sex (ex **P**) qui plures. Duplares duasses qui **DPSV** Duplares exquiplares. Duplares duas. Exquiplares **F** Duplares duas. sexqui plares **T** **246** *sqq. de uariis uett. editorum conatibus u. comm. Stew.* (*p. 107*) *et Scriu.* (*p. 621*)

247 unum **A**^{1}**BG**^{1}**M** *corr.* **A**^{2}**G**^{c} consequebatur **ABDLMQSV** **250** quia (qui **F**) propter munera (*ex* num- **PQ**^{c}) facere militiam (-ia **F**) coguntur **FLPQ**^{c} **251** ANTIQUOS DUCEBANT ORDINES **L** ANTIQUOS DUCEBANT **G**^{1}**M** ORDINES *add.* **G**^{c} ANTIQVOS ORDINES DVXERVNT **FP** **256** merita] *in hac uoce accedit* **C** **258** ducebat–**260** homines *om.* **C** **259** princeps autem] principes autem **SV** princeps autem secundus **Tg** **260** Ad quem–**263** gubernabat *om.* **G**^{1} *in marg. inf. suppl.* **G**^{2}

tus centuriam semis, id est CL homines, regebat. Triarius
6 prior centum homines gubernabat. Sic decem centuriae
7 cohortis primae a quinque ordinariis regebantur. Quibus
magnae utilitates et magnus honor est a ueteribus constitutus, ut ceteri milites ex tota legione omni labore ac de-
8 uotione contenderent ad tanta praemia peruenire. Erant etiam centuriones, qui singulas centurias curabant; qui nunc centenarii nominantur. Erant decani, denis militi-
9 bus praepositi, qui nunc caput contubernii uocantur. Secunda cohors habebat centuriones quinque; similiter tertia, quarta usque ad decimam cohortem. In tota autem legione erant centuriones quinquaginta quinque.

VIIII DE OFFICIO PRAEFECTI LEGIONIS

1 Sed legati imperatoris ex consulibus ad exercitus mittebantur, quibus legiones et auxilia uniuersa obtemperabant in ordinatione pacis uel necessitate bellorum, in quorum locum nunc illustres uiros constat magistros militum substitutos, a quibus non tantum binae legiones sed
2 etiam plures numeri gubernantur. Proprius autem iudex

ABCDFGLMPQRSTV

9,2 comitiua primi ordinis: Cod. Theod. VI 14,1 (a. 372), al.; Cassiod. uar. II 28,3, al.

262 regebat **263** homines *om.* **ABCLMQ** *quoque* decim **ABC**^{1} *corr.* **C**^{c} centuriis ε *corr.* **C**^{c}**G**^{c} **264** cohortis–ordinariis *om.* ε *supra l. suppl.* **G**^{2} **265** magna **A**^{2} (-e **A**^{1}) utilitates **CFPRTabcg***Col. edd.* -is **A**^{1}**BDGLMQSVdef** -itas **A**^{2} est *om.* **T***Col.* **266** ceteri] centum δ ceteri *super adscr.* **R**^{4} **275** imperatores **R**^{1}**SV** *corr.* **R**^{c} **278** nunc *om.* **LMQ** illustris **RV** inlustres ε *Lang* **280** Propriis **R**^{1}**SV** *corr.* **R**^{c}

erat praefectus legionis, habens comitiuae primi ordinis
dignitatem, qui absente legato tamquam uicarius ipsius
potestatem maximam retinebat. Tribuni uel centuriones 3
ceterique milites eius praecepta seruabant. Vigiliarum
siue profectionis tessera ab eodem petebatur. Si miles cri- 4
men aliquod admisisset, auctoritate praefecti legionis a
tribuno deputabatur ad poenam. Arma omnium militum, 5
item equi uestes annona ad curam ipsius pertinebant. Dis- 6
ciplinae uis et seueritas, exercitatio non solum peditum
sed etiam equitum legionariorum praecepto eius cottidie
curabatur. Ipse autem iustus diligens sobrius legionem 7
sibi creditam assiduis operibus ad omnem deuotionem,
ad omnem formabat industriam, sciens ad praefecti lau-
dem subiectorum redundare uirtutem.

ABCDFGLMPQRSTV

9,4 cfr Tac. ann. I 44,2; aliter ib. 38,1 (duorum militum supplicium iusserat castrorum praefectus [cfr mil. II 10]) et Sen. dial. III 18,4 (centurio supplicio praepositus)

281 comitiui **G** *in marg. rep.* **G**^{2} **286** ammisisset **T** **288** pertinebant **π(R**^{c}**)CLQbde** *Col. v Scriu.* -bat **ABGMR**^{1}**Ta cfg** *Lang* **289** uis et **adg** *quoque* ius et **Pe** *v Scriu. om.* **εTbcf** *Col. Lang* seueritatis **LQ** exercitio **A**^{1}**BDL**^{1}**MQ** -ium **A**^{2} -ia **GL**^{c} exercitus **C** **291** curabantur *ex* -batur **(L**^{1}**T**^{1}**)L**^{c}**T**^{c} iustus **Tad** *Stew. in comm.* -um **πg** custus **LMQ**^{1}**c** custos **ABCG Q**^{c}**bef** *Col. v Scriu. in marg. add.* **R**^{2}**g** **292** adsiduis **ε** *Lang* **293** *sq.* ad omnem deuotionem adformabat (aff-) industriam (-ia **b**) **εbcf** *Col.*

X DE OFFICIO PRAEFECTI CASTRORVM

1 Erat etiam castrorum praefectus, licet inferior dignitate,
occupatus tamen non mediocribus causis, ad quem ca-
2 strorum positio, ualli et fossae aestimatio pertinebat. Ta-
bernacula uel casae militum cum impedimentis omnibus
3 nutu ipsius curabantur. Praeterea aegri contubernales et
medici, a quibus curabantur, expensae etiam ad eius in-
4 dustriam pertinebant. Vehicula, sagmarii necnon etiam
ferramenta, quibus materies secatur uel caeditur quibus-
5 que aperiuntur fossae, contexitur uallum aquaeductus,
item ligna uel stramina arietes onagri ballistae ceteraque

ABCDFGLMPQRSTV

10,3 aegri c.: cfr Hist. Aug. Hadr. 10,6; Alex. 47,2; medici: Mod. dig. IV 6,33,2; Cod. Iust. X 53,1; CIL VI 20 (a. 82); III 7449,8 (a. 155); XIII 11767 (a. 198); VI 1058 p. 201 (a. 210); V 4279; VI 31172, al.; ANRW II, 37.1 (1993), 230

296 CASTORVM V **300** inpedimentis ε *Lang* **301** *sq.* Praeterea–curabantur *om.* **T** **303** sagmarum **LQ** **304** secatur] †secatur *We.* serratur *Stew.* (*in marg.; in comm.* serrantur) secatur … ced tur **T**^{1} secantur … ceduntur **T**^{c} **304** *sq.* quibusque **αβ** *We. Mo. Lang* ("quibusque *uulgo*" *in app.*) quibus *Col. Stew. Scriu. Andersson 123 propter Langii ann. errans* aperitur fossa **δdeg** contexitur (*ex* -essi- **G**) uallum aquae ductus (aquaeductus [-ęd-, -ed-] **GRSTV** *v Lang*^{2}) **πGT** *v Lang*^{2} (†aquaeductus *L.*^{1}) contessitur (fon- **C**) uallum aquae doctus (aquaedoctus **B**^{1}**C**^{1} -duc- **C**^{c} aequedoctus **M** aquae loctus **B**^{c}) **AB**^{1}**C**^{1}**M** contessitus (contes. situs **L**) uallum aquaeductus (-ed- **Q**) **LQ** *recc. nimis uariantur* consepitur vallum, aqua educitur *Stew. in comm.* "contexitur uallum atque aquae ductus *fortasse leg.*" *Lang*^{2} *in app. alii aliter* **306** balistae (-e) π (-ll- **P**^{c})**LT**

genera tormentorum ne deessent aliquando, procurabat.
Is post longam probatamque militiam peritissimus om- 6
nium legebatur, ut recte doceret alios quod ipse cum
laude fecisset.

XI DE OFFICIO PRAEFECTI FABRORVM

Habet praeterea legio fabros tignarios structores carpenta- 1
rios ferrarios pictores reliquosque artifices ad hibernorum
aedificia fabricanda, ad machinas turres ligneas cetera-
que, quibus uel expugnantur aduersariorum ciuitates uel
defenduntur propriae, praeparatos, qui arma, qui uehi- 2
cula ceteraque genera tormentorum uel noua facerent uel
quassata repararent. Habebant etiam fabricas scutarias lo- 3
ricarias arcuarias, in quibus sagittae missibilia cassides
omniaque armorum genera formabantur. Haec enim erat 4
cura praecipua, ut quicquid exercitui necessarium uide-
batur numquam deesset in castris, usque eo, ut etiam cu- 5
nicularios haberent, qui ad morem Bessorum ducto sub
terris cuniculo murisque intra fundamenta perfossis in-
prouisi emergerent ad urbes hostium capiendas. Horum
iudex proprius erat praefectus fabrorum.

ABCDFGLMPQRSTV

11,1 mil. I 7,1 11,2 sq. Corpus iur. ciu. III Nou. LXXXV (Schoell–Kroll p. 414 sqq.) 11,5 u. ad mil. IV 24,2

312 tignarios (tingn- c) **bcf***Col.* *quoque* lign- **πTdeg** liga- **a** **313** pictoris **M** pistores **T** **316** *sq.* arma qui uehicula **ad** *quoque v Scriu.* arma uehicula **εbcefg***Col.* *Lang* qui *add.* **G^{2}** **318** Habebant **abe** *quoque edd.* -bat **δTcdg** -erent **f** Habet *Col.* loricarias] lu- **Q^{1}** lucarias **$ABCG^{1}L^{1}M$** *corr.* **$L^{c}Q^{c}$** lurica- **G^{c}** **326** praefectus fabrorum *om.* **T** fabrorum **C^{c}abcdeg***Col.* *quoque v Scriu.* fabrum **$ABC^{1}M$** *Lang* fabri **f**

XII DE OFFICIO TRIBVNI MILITVM

1 Decem cohortes habere diximus legionem. Sed prima
erat miliaria, in qua censu genere litteris forma uirtute
2 pollentes milites mittebantur. Huic tribunus praeerat ar-
morum scientia, uirtute corporis, morum honestate prae-
cipuus. Reliquae cohortes, prout principi placuisset, a tri-
3 bunis uel a praepositis regebantur. Tanta autem
seruabatur exercendi militis cura, ut non solum tribuni
uel praepositi contubernales sibi creditos sub oculis suis
iuberent cottidie meditari, sed etiam ipsi armorum arte
perfecti ceteros ad imitationem proprio hortarentur exem-
4 plo. Tribuni autem sollicitudo, tribuni laudatur industria,
cum miles ueste nitidus, armis bene munitus ac fulgens,
exercitii usu et disciplina eruditus incedit.

ABCDFGLMPQRSTV

12,1 mil. II 6,1; cfr Hor. sat. I 6,47 sq. 12,2 Hist. Aug. Hadr. 10,3; 6 12,4 armis fulgens: mil. I 20,11; II 14,5; 8; cfr Verg. Aen. 6,826; Liu. IX 40,1; Curt. III 3,26; IV 4,11

329 militaria **FS**V^{1} *corr.* V^{c} *cfr II 6,3* **330** pollicentes L^{1}**MQ** *corr.* L^{2} **334** seruabantur **A**B^{1}**C** *corr.* B^{c} serbabat **T** exercendi (-is R^{1}) militis (-itib; R^{1}) cura **M**R^{c}**e** militis (-es G^{c}) cura exercendi G^{1} exercendi milites cura **ABCLQTbf** *edd.* exercendis (exerdis **g**) militibus cura **πag** exercendi militibus cura **d** exercendi ... in milites cura *Col.* regendi milites cura **c** *cfr sing. coll. q. u.* militis officium *III 26,38*; exercendus est miles *I 9,6 Koskenniemi 17 sq.; § 4, id. 16 sq.* **337** hortarentur **πTadeg** co- **εbc***Col. edd.* ex- **f** **338** tribuni *alt.*] tribunali **ad** per hanc **FLPQbf** *v Scriu. sed in marg. "Recipiendum ex VV.* Tribuni laudabatur industria" *Stew. (cfr et comm.) om.* **T** laudabatur **π**G^{2} (laudatur G^{1})**aeg** industriam **FLPQbf** *v Scriu. om.* **a** **339** ac fulgens] adfulgens R^{1}**V** *corr.* R^{c} affulgens **S** eff- **D** **340** usu] iussu **ε** *corr.* $G^{c}L^{c}$ incędit **A** -cae- **BC** -cidit **M** -cedat R^{1}**SV** *corr.* R^{c} -cedens **D**

XIII DE CENTVRIIS ATQVE VEXILLIS PEDITVM

Primum signum totius legionis est aquila, quam aquilifer 1
portat. Dracones etiam per singulas cohortes a dracona-
riis feruntur ad proelium. Sed antiqui, quia sciebant in 2
acie commisso bello celeriter ordines aciesque turbari at-
que confundi, ne hoc posset accidere, cohortes in centu-
rias diuiserunt et singulis centuriis singula uexilla consti-
tuerunt, ita ut, ex qua cohorte uel quota esset centuria, in 3
illo uexillo litteris esset adscriptum, quod intuentes uel
legentes milites in quantouis tumultu a contubernalibus
suis aberrare non possent. Centuriones insuper, qui nunc 4
centenarii uocantur, nimium bellicosos loricatos, trans-
uersis cassidum cristis, quo facilius noscerentur, singu- 5
las iusserunt gubernare centurias, quatenus nullus error

ABCDFGLMPQRSTV

13,4 mil. II 16,3

348 *sq.* in illo **bcef***Col. quoque v Scriu.* illo **D** -i **RSVad** in ipso **Tg** ascriptum **ST** ass- **FS**^{c} **351** possent **Rade** *edd.* -et **b** -sint **εSTc***Col.* -sunt **DFPVfg** **352** bellicosus **A**^{1}**B** *corr.* **A**^{c} luricatos **A**^{1}**BC**^{1}**GMQ**^{c} (*ex* -o) *corr.* **A**^{c}**C**^{c} nimium–loricatos (*quod tradunt* **αβ**) *retinet We. inuadunt Mo. Stew.* (*"pro* bellicosos, buccullatos *dici posse" suspicatus* [*p. 124*] *sed eam uocem non exstare docet TLL*) *Scriu.* (nimirum belli causa loricatos *proponens* [*p. 626*]) *eiecit Lang*^{2} (nimium bellicosos *secl. L.*^{1}) **353** lit(t)eras (litteris F) habebant *post* cristis *inserunt* **FLPQbde** (*partim eras.* **L**) *in marg. add.* **R**^{2} *"Membranae inserunt* cristis litteras habebant" *Stew. in marg.*; *fusius in comm. nec sine earum uocum commendatione* quo **πadeg** ut **εTbc***Col.* nec **f** *cfr II 16,3* **353** *sq.* singulas] Quos (*supra l.* **P**^{2}**R**^{2}) singulas **FLP**^{2}**QR**^{2} quatinus **δF** nullus error] error non **π**

exsisteret, cum centeni milites sequerentur non solum
uexillum suum sed etiam centurionem, qui signum habe-
6 bat in galea. Rursus ipsae centuriae in contubernia diui-
sae sunt, ut decem militibus sub uno papilione degenti-
bus unus quasi praeesset decanus, qui caput contubernii
7 nominatur. Contubernium autem manipulus uocabatur
ab eo, quod coniunctis manibus pariter dimicabant.

XIIII DE TVRMIS EQVITVM LEGIONARIORVM

1 Quemadmodum inter pedites centuria uel manipulus ap-
pellatur, ita inter equites turma dicitur; et habet una
2 turma equites xxxii. Huic qui praeest decurio nominatur.
Centum enim decem pedites ab uno centurione sub uno
uexillo gubernantur; similiter xxxii equites ab uno decu-
3 rione sub uno uexillo reguntur. Praeterea sicut centurio
eligendus est magnis uiribus, procera statura, qui hastas

ABCDFGLMPQRSTV

13,7 Varro ling. 5,88; Plut. Rom. 8,7 (p. 22B); Ou. fast. 3,115 sqq.; Cinc. Gell. XVI 4,6; Amm. XIX 1,10; XXI 13,9; XXIII 5,15

355 centum **A[c]GLMQ** centi **A[1]BC[1]** cuncti **C[c]** **359** unus (*om.* **Q**) qui praeesset decanus caput **LQ** **361** iunctis **πade** *Stew.* **362** XIIII *om. titulum uerborum contextui inserentes numerosque capitum insequentium uno singulos deminutos praebent* **ε** **366** Centum enim (etenim **FP**) & decem (.X. **R**) **π** *Stew. in comm.* Centum enim *We.* Vt enim centum *Mo. Stew. in textu* Vt enim centum et decem *Stew. in marg., Scriu.* **367** gubernantur] reguntur **R** gubernantur–**368** uexillo *om.* **δF** similiter–reguntur *in marg. suppl.* **R[2]** **369** elegendus **ABC[1]LMQ[1]** *corr.* **C[c]Q[c]**

uel missibilia perite iaculetur et fortiter, qui dimicare gla-
dio et scutum rotare doctissime nouerit, qui omnem ar- 4
tem didicerit armaturae, uigilans sobrius agilis, magis ad
facienda quae ei imperantur quam ad loquendum para-
tus, contubernales suos ad disciplinam retineat, ad armo- 5
rum exercitium cogat, ut bene uestiti et calciati sint, ut
arma omnium defricentur ac splendeant, similiter eligen- 6
dus est decurio, qui turmae equitum praeponatur, inpri-
mis habili corpore, ut loricatus et armis circumdatus om-
nibus cum summa admiratione equum possit ascendere,
equitare fortissime, conto scienter uti, sagittas doctissime 7
mittere, turmales suos, id est sub cura sua equites positos,
erudire ad omnia quae equestris pugna deposcit, eosdem
cogere loricas suas uel catafractas, contos et cassides fre-
quenter tergere et curare. Plurimum enim terroris hosti- 8

ABCDFGLMPQRSTV

14,4 uigilans sobrius: cfr Hist. Aug. Hadr. 10,3; 6 14,5 Hist. Aug. Maximin. 6,1 sqq.; Aur. 7,6; u. ad 14,8 14,7 sagittas doctissime mittere: CIL III 3676; Inscr. Dessau 2528; CLE Buecheler 427,5 sq.; Suet. Tit. 5,2 arma curare et tergere Liu. XXVI 51,4; XXXXIIII 34,8; Hist. Aug. Aur. 7,6 14,8 mil. I 20,11; II 12,4; 14,5; Curt. IV 13,1; 2; Tac. ann. I 68,4; Plut. Aem. Paul. 18, fin.; Amm. XVIII 8,4; XXIIII 2,5; XXXI 10,9

370 missilia (*ex* -ibilia T) **FPT** **371** doctissimo **A**^{1}**BC**^{1}**M** *corr.* **A**^{c}**C**^{c} **375** exercitum **ABC**^{1} *corr.* **C**^{c} et *om.* **ABCGM** *suffragatur Andersson 131* **376** elegendus **ε** *corr.* **C**^{c}**Q**^{c} **378** habili] ab illi **F** nabili **A**^{1}**BM** *corr.* **A**^{c} stabili **L**^{1}**P**^{1}**Q** *corr.* **L**^{c}**P**^{c} ut *om.* **G** **383** contos uel cassides **δ** **384** tergere (teg- **T**) et (*supra l. add.* **G** uel **S**) curare **πGTadeg** *v Lang cfr app. fontium* tergere curare **ABMb** *Andersson 131* egere curare **f** ut tergere curare **Cc** tergere curare sameare (-iare *Stew. Scriu.* -eares **Q**) **LQ** *Stew. in comm., Scriu. cfr Hist. Aug. Aur. 7,6*

bus armorum splendor inportat. Quis credat militem bel-
licosum, cuius dissimulatione situ ac robigine arma
9 foedantur? Non solum autem equites sed etiam ipsos
equos assiduo labore conuenit edomari. Itaque ad decu-
rionem et sanitatis et exercitationis tam hominum quam
equorum pertinet cura.

XV QVEMADMODVM LEGIONVM ACIES INSTRVANTVR

1 Nunc, qualiter instruenda sit acies, si pugna immineat,
declaretur unius legionis exemplo; quod, si usus exegerit,
transferri possit ad plures. Equites locantur in cornibus.
Acies peditum a prima cohorte incipit ordinari in cornu
2 dextro. Huic cohors secunda coniungitur. Tertia cohors
3 in media acie collocatur. Huic adnectitur quarta. Quinta
uero cohors sinistrum suscipit cornu. Sed ante signa et
circa signa nec non etiam in prima acie dimicantes prin-
cipes uocabantur, hoc est ordinarii ceterique principales.
4 Haec erat grauis armatura, quia habebant cassides cata-
fractas ocreas scuta gladios maiores, quos spathas uocant,

ABCDFGLMPQRSTV

385 importat C^c (in- C^1)**DFR** **386** desimulatione εS^c *corr.* $B^cC^cG^c$ dissimilitudine S^1 robigine L^1Q^1**T** *Lang* -inem **AB** C^1**M** rubigine *rell.* (*recc. quoque*) **387** foederantur **A**B^1C^1**M** *corr.* B^cC^c **387** *sq.* equos ipsos **FPR** adsiduo **ABCLMQ** *Lang* **389** sanitatis] sameatis **M** **391** INSTRVATVR **D** instruas **S** INSIRVVNTVR **V** **392** inmineat **LQ** **393** *sq.* exegerit ut transferri **DLQ** **397** conlocatur **LMQ** *Lang* **398** suscepit B^1**M**S^1 *corr.* B^cS^c cornu A^cC^c *quoque v Scriu.* -um A^1**B**C^1**GMV** *Lang* **401** erit **G** quia] qui **FLPQ** que **T** habebat **T** -bunt **G** **402** quos] quas **ABCFLMQ** *sed cfr u. 403; II 6,3* haec, IV 24,1 quod

et alios minores, quos semispathia nominant, plumbatas
quinas positas in scutis, quas primo impetu iaciunt, item 5
bina missibilia, unum maius ferro triangulo unciarum
nouem, hastili pedum quinque semis, quod pilum uoca-
bant, nunc spiculum dicitur, ad cuius ictum exercebantur
praecipue milites, quod arte et uirtute directum et scuta-
tos pedites et loricatos equites saepe transuerberat, aliud
minus ferro unciarum quinque, hastili pedum trium se-
mis, quod tunc uericulum, nunc uerutum dicitur. Prima 6
acies principum, secunda hastatorum armis talibus doce-
tur instructa. Post hos erant ferentarii et leuis armatura,
quos nunc exculcatores et armaturas dicimus, scutati qui
plumbatis gladiis et missibilibus accincti sunt, sicut nunc
prope omnes milites uidentur armati. Erant item sagitta- 7
rii cum cassidibus catafractis et gladiis, sagittis et arcu-

ABCDFGLMPQRSTV

15,6 exculcatores: mil. II 17,1; TLL 5: 2,1290,72 sqq.; cfr proculcatores Amm. XXVII 10,10

403 et alios–nominant (uocant **R**^{2}) *om.* **RSV** *in marg.* **R**^{2} semispatia **ABCR**^{2} semi spatia **G** semispatiū **D** semis spath as **T** semispatas **C**^{c} **405** missilia **PT** **406** hastili] -e **DF GP** siue pedali hastili **T** semis] et semis **π** **409** transuerberabat **FP** **410** astili **G** -e **G**^{c} h-e **FPQ** **411** uericulum **d** *Lang* uerri- *codd. plurimi v Scriu.* uerriclum **T** -uclum **a** uerutum (-trum **S**) **δP**^{c}**bde** *edd.* verritum **f** uerrutum *rell. Andersson 181* **413** instructa] infricta **M** ferrentarii **GR**^{1}**S**^{1} *corr.* **R**^{c}**S**^{c} **414** excultatores **L** -calcutores **V** qui *Lang*^{1} *quoque secl. L.*^{2} **415** missilibus **B**^{c}(-ibil- **B**^{1})**CF** mess- **P** sunt **adeg** *quoque; eras.* **A**^{c}**B**^{c}**C**^{c} sint **f** *om.* **GLMQTbc** *Col. edd.* nunc] quoque *add.* **G**^{2} **416** armati. Erant (-at **F**) item (igitur **FP**) **πadg** *Mo. Stew. Scriu.* armati erant. Item **εTbce** *Col. We.* armati, erant item *Lang* ornati. Item **f**

bus, erant funditores, qui ad fundas uel fustibalos lapides
iaciebant, erant tragularii, qui ad manubal⟨l⟩istas uel ar-
8 cubal⟨l⟩istas dirigebant sagittas. Secunda acies similiter
armabatur, in qua consistentes milites hastati uocaban-
tur. Sed in secunda acie dextro cornu cohors sexta pone-
9 batur, cui iungebatur septima. Octaua cohors mediam
aciem tenebat nona comitante. Decima cohors in se-
cunda acie sinistrum semper obtinet cornu.

XVI QVEMADMODVM TRIARII VEL CENTVRIONES ARMENTVR

1 Post omnes autem acies triarii cum scutis, catafractis et
galeis ocreati cum gladiis semispathiis plumbatis binis
missibilibus locabantur, qui genu posito subsidebant, ut,
si primae acies uincerentur, ab his quasi de integro repa-
2 rata pugna posset sperari uictoria. Omnes antesignani uel

ABCDFGLMPQRSTV

16,1 mil. I 20,14

418 erant–**419** iaciebant *om.* G^{1} *in marg. suppl.* G^{2} **419** tracolarii **R**^{1} *corr.* **R**^{c} trao- **D** **419** *sq.* -ballistas … -ballistas *Lang* -balistas … -balistas (arcu **D**) *codd.* *v Scriu. cfr IV 21,1; 22, tit.; 1; 7* **425** cornum **B**^{1} (-u **B**^{c})**G** *Lang* corum **M** **428** omnis **F** **428** *sq.* catafractis–gladiis *om.* **FP** semispathiis *Lang* semis pathiis **T** semispatiis **A**^{c}**B**^{c}**C**^{c}**DGLPQR**^{1}**S** semi hispatiis (-ciis **M**) **A**^{1}**C**^{1}**M** semihi spatiis **B**^{1} semispatis **R**^{c}**V** -spathis *v Scriu.* semis patriis **F** *cfr II 15,4* **430** locabuntur **ABCGM** geno **M** posito subsidebant] possitos (posi- **LQ**^{1}) obsidebant **ε** *corr.* **A**^{c}**Q**^{c} **431** prima acies uinceretur **εFP** quasi] qui **R**^{1}**S** *corr.* **R**^{2} qui in **V** **432** posset (-it **T**) sperari (*cfr* **g** *infra*) uictoria **RT** *Mo. Stew.* (“fortean *respirare*”) *Scriu. Foerster* (*1879*) *59 Lang*^{2} posset sperare uictoriam (-ia **DS**) **DFP** **SVa** possit (-et **de** *Lang*^{1}) reparari (ra- **f** -periri **b**

signiferi, quamuis pedites, loricas minores accipiebant et
galeas ad terrorem hostium ursinis pellibus tectas. Centu- 3
riones uero habebant catafractas et scuta et galeas ferreas, sed transuersis et argentatis cristis, ut celerius agnoscerentur a suis.

XVII COMMISSA PVGNA
GRAVEM ARMATVRAM STARE PRO MVRO

Illud autem sciendum est et modis omnibus retinendum: 1
commisso bello prima ac secunda acies stabat immota, triarii quoque residebant. Ferentarii autem armaturae exculcatores sagittarii funditores, hoc est leuis armatura,
aduersarios prouocabant ante aciem praecedentes. Si ho- 2
stes fugare potuerant, sequebantur; si eorum uirtute aut multitudine premebantur, reuertebantur ad suos et post

ABCDFGLMPQRSTV

16,3 mil. II 13,4

spectari **d**) uictoria **εbcdefg** *Col. Lang*^{1} sperari *in marg.* **g** posset reparare victoriam *We. cfr Andersson 164* (*qui* reparata ... reparari *pro 'lusu quodam uerborum' habet*) ante signati **G**^{1} *corr.* **G**^{c} ante signa **T** ante signum **LQ** *cfr II 7,6*

436 *sq.* cognoscerentur **T** *cfr II 13,4* **441** inmota **DGLMQS** *Lang* **442** ferentari **A** ferrentarii **GRS**^{1}**V**^{1} *corr.* **S**^{c}**V**^{c} ferrentarię **FP** **442** *sq.* exculcatores (*in marg. rep.* **G**^{2}) **G**^{2}**Tb** *Lang* sculcatores **ABCMR**^{2} (*in marg.*) **c** scult- **G**^{1}**LQ** et scult- **a** et scutatores **πeg** *We.* scutatores **df** *Mo. Stew. Scriu.* sculptatores **Q**^{2} *Col.* "*Restituo,* armaturae, exculcatores scutatores, sagittarij funditores, hoc est leuis armatura" *Stew. in marg. cfr II 15,6* **444** pr(a)ecidentes **AB**^{1}**M** *corr.* **B**^{c} proced- **C**^{c} *ex* prae- **445** potuerint **G** poterant **LQ** potuissent **δP** -isse **F** aut] ac **πC**

3 eos stabant. Excipiebant autem proelium grauis armatura, quae tamquam murus, ut ita dicam, ferreus stabat et non solum missibilibus sed etiam gladiis comminus dimi-
4 cabat. Et si hostes fugassent, non sequebatur grauis armatura, ne aciem suam ordinationemque turbaret et ad dispersos recurrentes hostes incompositos opprimerent, sed leuis armatura cum funditoribus, sagittariis et equitibus
5 fugientes sequebatur inimicos. Hac dispositione atque cautela sine periculo legio uincebat aut superata seruabatur incolumis, quia legionis ius est facile nec fugere nec sequi.

XVIII NOMINA MILITVM ET GRADVS IN SCVTIS EORVM AVERSIS SCRIBENDA

1 Sed ne milites aliquando in tumultu proelii a suis contubernalibus aberrarent, diuersis cohortibus diuersa in scutis signa pingebant, ut ipsi nominant, digmata, sicut

ABCDFGLMPQRSTV

17,3 cfr mil. I 20,8; III 14,8; Amm. XVI 12,20 antepilanis hastatisque et ordinum primis uelut insolubili muro fundatis; TLL 8,1688,70 sqq. 17,4 mil. III 14,11 sq.; cfr e. g. Liu. XXII 49,13; XXV 34,13 sq.; Bell. Afr. 78,3; 7

447 Excipiebat **FG**^{c}(-ant **G**^{1})**LPQ** *v Scriu.* graues armaturae **δ** **448** quae] et **εT** *We. Lang* stabant **δde** **449** dimicabat **FLPQab** *Mo. Stew. Scriu.* -bant **δABCGMTdefg** *Col. We. Lang* dimicabatur **c** **452** obprimerent (-prem- **BC**^{1}) **ABC**^{c}**G LQ** *Lang* **453** et *om.* **δ** **454** sequebantur **T** **459** auersis **aefg** *quoque* (*om.* **b**) ADVERSIS **G**^{1}**L** (D *litt. eras.* **G**^{c} AD *in l. eraso* **L**) **cd** *Col. edd.* (*Lang in marg.*) uersis **F** *cfr Cap. libri II 18* **462** pingebantur **T** ut *om.* **T** digmata **R**^{4} *quoque* (*in marg.*) dic- **S** idic- **V** idicma **R** dignata **ABC** idiomata **D** *cfr TLL 5: 1,1131,79 sqq.*

etiam nunc moris est fieri. Praeterea in auerso scuto 2
uniuscuiusque militis litteris erat nomen adscriptum,
addito et ex qua esset cohorte quaue centuria.
Ex his igitur apparet legionem bene institutam quasi 3
munitissimam esse ciuitatem, quae omnia proelio neces-
saria secum ubique portaret nec metueret repentinum ho-
stium superuentum, quae etiam in mediis campis subito
fossa se ualloque muniret, quae omne genus militum,
omne genus contineret armorum. Si quis igitur pugna pu- 4
blica superari barbaros cupit, ut diuinitatis nutu, disposi-
tione imperatoris inuicti reparentur ex tironibus legiones
uotis omnibus petat. Intra breue autem spatium temporis 5
iuniores diligenter electi et exercitati cottidie non solum
mane sed etiam post meridiem omni armorum disciplina

ABCDFGLMPQRSTV

18,5 mil. I 1,5; IV 26,5

463 aduerso **FLP^c** (au- **P^1**) **QST** *$Lang^2$ sed* au- *$L.^1$ et $L.^2$ Add. cfr Cap. libri II 18* **464** nomen erat **πT** *at obserues uelim clausulam q. u. I* ascriptum **T** asscr- **FS** **464** *sq.* addito] addito eo **δ** et *om.* **δLMQT** **467** ciuitatem esse **π** **468** metuere **π** **470** *sq.* muniri **LQ** omne genus militum omne genus contineret armorum (armature **a** -turarum **FP**) **πG^2** **adg** *Mo. Stew. Scriu. cfr II u. 663 sq.; III u. 78 sq.* omne genus militum (-tarium **b**) contineret armorum **εb** omne genus militum contineret (-tinet **cf** *Col.*) et (*om.* **f**) armorum **cef** *Col. We. Lang cfr Oennerfors (1993) ann. 60* **471** *sq.* pugna ualida publica **FP** superare **GRT** *v* -aret **L^1Q** *corr.* **L^2** nutu et dispositione **LQ** **474** petat] conpetentibus **LQ** eligantur *in marg. add.* **L^2**

uel arte bellandi ueteres illos milites, qui orbem terrarum
6 integrum subegerunt, facile coaequabunt. Nec moueat,
quod olim est consuetudo mutata quae uiguit; sed huius
felicitatis ac prouisionis est perennitas tua, ut pro salute
7 rei publicae et noua excogitet et antiqua restituat. Omne
opus difficile uidetur, antequam temptes; ceterum si
exercitati et prudentes uiri dilectui praeponantur, celeri-
ter manus bellis apta poterit adgregari et diligenter insti-
8 tui. Quiduis enim efficit sollertia, si competentes non de-
negentur expensae.

ABCDFGLMPQRSTV

18,6 mil. II Prol. 7 18,7 cfr Plat. leg. 6,753E; Hor. epist. 1,2,40 sq.; Auson. technop. 7,5 (Peiper p. 160)

478 *sq.* Nec moueat cesarea sua maiestas quod **d** Nec moueatur, Caesar, tua maiestas, quòd *We. Mo.* Nec moueatur, [Caesar, tua maiestas,] quod *Stew.* (moueat *in comm.*) *Scriu.* quae uiguit (nocuit *super adscr.* **g**) **SVeg** *Mo. Stew. Scriu. Lang*^{2} (†uiguit *We., in marg.* notuit) que uiguit nocuit **D** quae nocuit **FGLPQRT abd** sed nocuit **ABCMcf***Col.* quod nocuit *Lang*^{1} **482** ante temptamentum **G** **483** delectui (di- **P**^{1}) **δP**^{c} proponantur **FLMPQ** **484** manus–diligenter *om.* **R**^{1}**SV** *in marg. add.* **R**^{c} manus] maius **D** bellis apta **C**^{c}**FT**^{1} *edd.* bellis lapta **A**^{1}**B** belli apta **C**^{1}**DLPQR**^{c}**T**^{c} belli lapta **A**^{c}**M** belli lapsa **G** *cfr* aptus, a, um *c. dat. I 8,1; III 23,2; mulom. I 56,33; IV 15,3* aggregari **DF PR**^{c}**T** **485** enim] etiam **G** sic **G** conpetentes **ABCLMQ** *Lang* compo- **S** peten- **G**

XVIIII PRAETER CORPORIS ROBVR NOTARVM VEL COMPVTANDI ARTEM IN TIRONIBVS ELIGENDAM

Sed quoniam in legionibus plures sc⟨h⟩olae sunt, quae 1
litteratos milites quaerunt, ab his, qui tirones probant, in
omnibus quidem staturae magnitudinem, corporis robur,
alacritatem animi conuenit explorari, sed in quibusdam
notarum peritia, calculandi computandique usus eligitur.
Totius enim legionis ratio, siue obsequiorum siue milita- 2
rium munerum siue pecuniae, cottidie adscribitur actis
maiore prope diligentia quam res annonaria uel ciuilis
polyptychis adnotatur. Cottidianas etiam in pace uigilias, 3
item excubitum siue agrarias de omnibus centuriis et
contuberniis uicissim milites faciunt: ut ne quis contra
iustitiam praegrauetur aut alicui praestetur immunitas,
nomina eorum, qui uices suas fecerunt, breuibus inserun-

ABCDFGLMPQRSTV

19,1 sqq. mil. I 20,7; Adams (1977),3; Bowman et Thomas (Britannia 1983, 1987); Bowman, Thomas, Adams (ib. 1990)

490 scol(a)e **αβ** *u. p. XLIV, ann. 40; cfr II 21* **492** quidem] fidem **T** magnitudinis (-es **G**) **εT** **493** in *om.* **δ** *suppl.* **R**^{2} **495** *sq.* miliarium **R**^{1}**SV** *corr.* **R**^{c} mumerum **R**^{1} *corr.* **R**^{c} numerum **FLMPQT** -us **DSV** ascribitur **T** asscr- **FS** actis] hactis **ABG**^{1} *corr.* **G**^{c} artis **δ** *corr.* **R**^{c} chartis **C**^{1}**T** *corr.* **C**^{c} **498** polyptychis *Scriu. in comm. Lang* -ichis **T** -icis **RV** polipticis **ABC**^{1}**DFGLMPS b** *Stew.* pulip- **Q** politicis (poll- **g**) **C**^{c}**ac efg** *Col. We. Scriu.* pollicitatio **d** pollicitis libris *Mo. cfr Cassiod. uar. 5,14,9* annotatur **ST** **500** ut *deleturus erat Lang at cfr H–Sz 643*

4 tur. Quando quis commeatum acceperit uel quot dierum,
adnotatur in breuibus. Tunc enim difficile commeatus
5 dabatur nisi causis iustissimis adprobatis. Nec aliquibus
milites instituti deputabantur obsequiis nec priuata eis-
dem negotia mandabantur, siquidem incongruum uidere-
tur imperatoris militem, qui ueste et annona publica pa-
6 scebatur, utilitatibus uacare priuatis. Ad obsequia tamen
iudicum uel tribunorum nec non etiam principalium de-
putabantur milites, qui uocabantur accensi, hoc est po-
stea additi quam fuisset legio completa, quos nunc super-
7 numerarios uocant; fascicularia tamen, id est lignum
foenum aquam stramen, etiam legitimi milites in castra
portabant. Munifices enim ab eo appellantur, quod haec
munera faciunt.

ABCDFGLMPQRSTV

19,4 Suet. Aug. 24,1; cfr Cod. Iust. XII 42 (Krueger p. 477) 19,5 cfr ib. XII 39 (K. p. 475); 37 (K. p. 472 sqq.); 35,15 (K. p. 470); Nouell. Iust. 116 19,6 mil. III 14,16

504 annotatur **FST** **507** uidetur **δ** **508** pascitur **V** -atur **S** **510** iudicium (-it- **A**) **A**P^1V^1 *Lang*[2] (-icum **L.**[1]) *corr.* P^cV^c **511** accessi **T** accensis **M** accensiti **FGP** **512** legio] electio **FPRSV** legio *in marg.* R^2 completata A^1**B** *corr.* A^c **513** fascicularia **FPTacdg** *edd. cfr TLL 6: 1,298,56* (*hoc unum exemplum*) -iam *rell. uett.* **be** *Col.* facularíam **f** **514** aquam castra stramen **π** (castra *eras.* V^c, *partim eras.* R^c) **516** faciant **DFPRS**

XX DONATIVI PARTEM DIMIDIAM DEBENT APVD SIGNA MILITES SEQVESTRARE SERVANDVM IPSIS

Illud uero ab antiquis diuinitus institutum est, ut ex dona- 1
tiuo, quod milites consequuntur, dimidia pars sequestra-
retur apud signa et ibidem ipsis militibus seruaretur, ne
per luxum aut inanium rerum comparationem ab ipsis
contubernalibus posset absumi. Plerique enim homines 2
et praecipue pauperes tantum erogant, quantum habere
potuerint. Sepositio autem ista pecuniae primum ipsis
contubernalibus docetur accommoda; nam cum publica
sustententur annona, ex omnibus donatiuis augetur eo- 3
rum pro medietate castrense peculium. Miles deinde, qui 4

ABCDFGLMPQRSTV

20,1 cfr Suet. Dom. 7,3

519 SERVANDVM **ABCFLMPQ**R^{c}**aef***Col.* -AM **δGTcdg** *We. Mo. Lang om.* **b** *secl. Stew. Scriu. cfr Cap. libri II u. 27* ipsis **eg** (ipsis seruandam **g**) *Lang* ipsius **T** apud milites **d** *om. rell. Col. v Scriu. cfr II 27* **523** *sq.* conparationem **ε** *Lang* ab] *u. Andersson 178* à *v Scriu.* si ab C^{c}**ce***Col.* ipsis contubernalibus **δTd** *Andersson l. l.* ipsis militibus contubernalibus (contubernalibus militibus **g**) **FGLPQabg** ipsis militibus seruaretur. Contubernalibus **ABCMcef***Col.* ipsis et contubernalibus *Foerster (1879) 59* contubernalibus *edd.* (ab con- *L. contra usum Vegetii u. Andersson l. l.*) posset **FPRade** *Lang* -it *cett. codd. Col. v Scriu.* adsumi **CL** ass- **abdef***Col.* **526** Sepositio $A^{c}C^{c}R^{c}$**Vadg** *v Scriu.* sed positio **T***Col.* Sepotio A^{1}**B**$C^{1}R^{1}$ sed potio **M** Semotio **G** Sed potius **DFLPQb** Deposicio **c** separacio **e** sed obtiõ **f** "*Fort. an* … Sed depositio ista" *Stew. in marg.* autem *om.* **FLPQ** pecunia **FLMPQ** **527** accommoda **A**V^{c}**bde** *v Scriu.* adc- (-como- **f**) **BCGLMQcf***Col.* accommodata **πag**

sumptus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat, magis diligit signa, pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam uidet positam esse substantiam.
5 Denique decem folles, hoc est decem sacci, per cohortes singulas ponebantur, in quibus haec ratio condebatur.
6 Addebatur etiam saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, sepulturae scilicet causa, ut, si quis ex contubernalibus defecisset, de illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa.
7 Haec ratio apud signiferos, ut nunc dicunt, in cophino seruabatur. Et ideo signiferi non solum fideles sed etiam litterati homines eligebantur, qui et seruare deposita et scirent singulis reddere rationem.

XXI IN LEGIONE ITA FIERI PROMOTIONES VT PER OMNES COHORTES TRANSEANT QVI PROMOVENTVR

1 Non tantum humano consilio sed etiam diuinitatis instinctu legiones a Romanis arbitror constitutas. In quibus decem cohortes ita sunt ordinatae, ut omnium unum cor-

ABCDFGLMPQRSTV

20,7 mil. I 19,1

530 de *om.* **AB^{1}CGMPS** *suppl.* **B^{2}** **531** pro illius **M** pręliis **T** **533** uident **C^{1}G^{1}L^{1}MQ** *corr.* **C^{c}G^{c}L^{c}** uident uident **AB** suam uidet] uidet suam π **540** ratio] gratia **R^{1}SV** *corr.* **R^{2}** dicant **A** cophino **ABCFG** (*cfr TLL 4,897,15 sqq.*) cof- **LMPQR** cophinos **DT** -finos **S** confinis **V** **542** eligebantur **B^{c}C^{c}DFQ^{c}** ele- **AB^{1}C^{1}GLMPQ^{1}** deligebantur **RV** di- **S** legebantur **T** deposita scirent et **T** *Lang*

pus, una uideatur esse coniunctio. Nam quasi in orbem 2
quendam per diuersas cohortes et diuersas sc⟨h⟩olas mi-
lites promouentur, ita ut ex prima cohorte ad gradum
quempiam promotus uadat ad decimam cohortem et rur-
sus ab ea crescentibus stipendiis cum maiore gradu per
alias recurrat ad primam. Ideo primi pili centurio, post- 3
quam in orbem omnes cohortes per diuersas administra-
uerit sc⟨h⟩olas, in prima cohorte ad hanc peruenit pal-
mam, in qua ex omni legione infinita commoda
consequatur, sicut primiscrinius in officio praefectorum
praetorio ad honestum quaestuosumque militiae peruenit
finem. Ita legionarii equites cohortes suas contubernii af- 4
fectione uenerantur, cum naturaliter equites a peditibus
soleant discrepare. Per hanc ergo contextionem in legio- 5
nibus et omnium cohortium et equitum peditumque ser-
uatur una concordia.

ABCDFGH (a u. 562 equites) LMPQRSTV

21,2 cf Suet. Claud. 25,1; Hieron. c. Ioh. 19

551 per diuersas cohortes et diuersas scholas] per diuersas scolas δ scolas *exp.* cohortes *super adscr.* R^2 551 *et* 557 *cfr Praef. XLIV, ann. 40* 552 promouentur milites π (*sed contra rhythmum*) 555 recurrat] currat **D** recurrit **ABCG**^{1}**M** *corr.* G^c occurrit **T** 561 Item **FPRSV**^{1} (-em *eras.* V^c) adfectione **ABCG** *Lang* aduec- **LMQ** 562 uenerabantur π equites] *hac in uoce accedit* **H** 563 contextionem δag -ione **T** -texionem d contestationem εFPbcef *Col.* 564 *sq.* seruabatur *edd. contra codd. uett. recc. Col.* (*tamen* seruari f) una] in una **DSV**^{1} in *eras.* V^c in uno **R**

XXII QVID INTER TVBICINES ET CORNICINES ET CLASSICVM INTERSIT

1 Habet praeterea legio tubicines cornicines bucinatores.
Tubicen ad bellum uocat milites et rursum receptui canit.
Cornicines quotiens canunt, non milites sed signa ad eo-
2 rum obtemperant nutum. Ergo quotiens ad aliquod opus
exituri sunt soli milites, tubicines canunt, quotiens mo-
uenda sunt signa, cornicines canunt; quotiens autem pu-
3 gnatur, et tubicines et cornicines pariter canunt. Classi-
cum item appellatur quod bucinatores per cornu dicunt.
Hoc insigne uidetur imperii, quia classicum canitur im-
peratore praesente uel cum in militem capitaliter anim-
aduertitur, quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse
4 est. Siue ergo ad uigilias uel ad agrarias faciendas siue ad

ABCDFGHLMPQRSTV

22,1 sqq. mil. II 7,8; III 5,6

566 CORNICES $\mathbf{R}^1$**SV** *corr.* $\mathbf{R}^2$ **568** tubicines et cornicines (-nices $\mathbf{R}^1\mathbf{S}^1$**V** *corr.* $\mathbf{R}^2$ -cenes $\mathbf{S}^2$) bucinatores **πA** *cfr Andersson 137* **569** Tubicen **D**$\mathbf{G}^1\mathbf{P}^1$**RVabefg**^{c} (ti- $\mathbf{g}^1$) *Stew. Scriu. Lang* -icina **εF**$\mathbf{P}^c\mathbf{S}^c$ -icines $\mathbf{C}^c$**Tcd** *Col. We. Mo. Stew. in comm.* Tubiice $\mathbf{S}^1$ uocant $\mathbf{C}^c$**cd** *Col. We. Mo. Stew. in comm.* rursus **FPT** canit] canunt $\mathbf{C}^c$ (-it $\mathbf{C}^1$)**d** rursum receptui canentes reuocant *We. Mo.* rursum receptui canit *Stew.* (-unt *in comm.*) **570** cornices $\mathbf{R}^1$**S** *corr.* $\mathbf{R}^2$ *item* **573** (*hic* cornices **H** *quoque*), *574, 583* (*hic* cornices **F** *quoque*) **574** pariter canunt classicum. Item **AB**$\mathbf{C}^1$ (*corr.* $\mathbf{C}^c$)**GH** canunt pariter. Classicum ita **FP** **575** cornum **AB**$\mathbf{C}^1$ (-u $\mathbf{C}^c$)**HLMQ** cornem **G** **576** *sq.* imperatore praesente *om.* **T** **579** ad uigilias uel ad agrarias (angarias **de**) **δdef** ad uigilias uel (aut *Col.*) agrarias (angarias **a** *Col. v*) **εabc** *Col. edd.* ad uigilias ad agrarias **T** ad agrarias siue ad uigilias **g** ad uigilias uel gratias **FP**

opus aliquod uel ad decursionem campi exeunt milites,
tubicine uocante operantur et rursus tubicine admonente
cessant. Cum autem mouentur signa aut iam mota fi-
genda sunt, cornicines canunt. Quod ideo in omnibus 5
exercitiis et processionibus custoditur, ut in ipsa pugna
facilius obtemperent milites, siue eos pugnare siue stare
siue sequi uel redire praeceperint duces, siquidem ratio 6
manifesta sit semper in otio debere fieri quod necessario
faciendum uidetur in proelio.

XXIII DE EXERCITATIONE MILITVM

Legionis ordinatione digesta ad exercitium reuertimur, 1
unde, sicut iam dictum est, exercitus nomen accepit. Iu-
niores quidem et noui milites mane ac post meridiem ad
omne genus exercebantur armorum. Veteres autem et 2
eruditi sine intermissione semel in die exercebantur ar-
mis. Neque enim longitudo aetatis aut annorum numerus
artem bellicam tradit, sed post quanta uolueris stipendia

ABCDFGHLMPQRSTV

22,6 u. ad I 1,6   23,2 mil. I 13,2; Cic. Tusc. 2,37 sq.

584 pugna] acie **Tg**   **588** faciendo **AB**^{1}**C**^{1}**G**^{1}**HM** *corr.* **B**^{2}**C**^{c}**G**^{c} **590** reuertamur **FP**^{c} (-imur **P**^{1})**T** *Col. v Scriu.* redeamus **c**   **591** unde] ut **P**   **592** quidem] autem **FP** et *om.* **RSV**   **593** exercitabantur **Tg** (-cebantur *in marg.* **g**) **594** in diem **ABC**^{1}**HL**^{1}**MPQ** *corr.* **L**^{c} in *exp.* **C**^{c} **596** *sq.* sed (*om. We. Mo.*) post quanta (postquanta **e**) uolueris (-it **T**^{c}) stipendia inexercitatus (-is **T**) miles semper est tyro (ti- **Se**) **FPRS**^{1} **TVe** *v* (*cfr Stew. in comm.*) *Scriu. Lang* sed postquam ita (*om.* **afg** ita habere *Col.*) uolueris (-es **f** -it **a**) stipendia (disp- **f**) inexercitatus (-os **AB**^{1}**CHcf**) miles (-ites **C**^{c}**f**) semper est (superest **H**) tiro

3 inexercitatus miles semper est tiro. Armaturam, quae festis diebus exhibetur in circo, non tantum armaturae, qui sub campidoctore sunt, sed omnes aequaliter contuberna-
4 les cottidiana meditatione discebant. Nam et uelocitas usu ipso adquiritur corporis et scientia feriendi hostem seque protegendi, praesertim si gladiis comminus dimicetur; illud uero maius est, quod seruare ordines discunt et uexillum suum in tantis permixtionibus in ipsa prolusione comitantur nec inter doctos aliquis error exsistit,

ABCDFGHLMPQRSTV

23,3 in circo: cfr Suet. Iul. 39,3 sq.; Dom. 4,1

(ty- **AMacfg**) **AB**^{c}**CGHMacfg***Col.* sed continua exercitationis meditatio (-acione **b**) inexercitatus (exercitatus **S**^{c}**b**) miles semper est tiro (ty- **Lb**) **DLS**^{c}**b** sed continua exercitationis meditatio post quanta uolueris stipendia inexercitatus miles semper est tyro **d** sed continua ịṇexercitationis meditacio eruditum militem reddit tyro (*prope omnia in l. er.*) **Q**

597 armatura **FP** glosa est non textus *linea sub* armatura–exhibetur *ducta* **P**^{2} (*s. XV*) **597** *sq.* festis] cunctis **LQ** in circo **ae** *quoque Stew. in comm. Lang* idcirco (Id-) **εFPbcdfg** *Col.* Idcirco armaturam *eqs. Mo. Stew.* (*in textu*) armatura quę ... exhibetur in exercitio. Idcirco *We.* armaturam **G** armaturae (*u. TLL 2,607,3 sq.*) *om.* **LQ** *v Scriu.* qui] *cfr H–Sz 440,a* quae (que **FPST**)**πLQT** armaturae quae *in comm. Stew.* **599** campidoctore] -es **G**^{1} *corr.* **G**^{c} -ductores **T** campum ducturae **δ** *corr.* **R**^{c} sed] sed et **FP** sed–contubernales *om.* **ε** *suppl.* **G**^{2} **600** discebant sed et corporis uelocitatem. Nam **LQ** **601** scienda (sciend a **A**) **AB**^{1}**HL**^{1}**MQ** *corr.* **B**^{c}**L**^{c} ferienda **C**^{1} *corr.* **C**^{c} **603** maius] magis **SV** maius **S**^{2} *in marg.* quod] ut **εS**^{c} (quod **S**^{1}) discant **DFGLMQS**^{c} (-unt **S**^{1}) dicunt **H** **605** comitentur **FGLQS**^{c} (-antur **S**^{1}) nec] ne **G** existat **GLQS**^{c} (-it **S**^{1})

cum multitudinis sit tanta confusio. Ad palum quoque uel 5
sudibus exerceri percommodum est, cum latera uel pedes
aut caput petere punctim caesimque condiscant. Saltus
quoque et ictus facere pariter adsuescant, insurgere tripu-
diantes in clipeum rursusque subsidere, nunc gestiendo
prouolare cum saltu, nunc cedentes in terga resilire. Mis- 6
sibilibus etiam palos ipsos procul ferire meditentur, ut et
ars dirigendi et dexterae uirtus possit adcrescere. Sagitta- 7
rii uero uel funditores scopas, hoc est fruticum uel strami-
num fasces, pro signo ponebant, ita ut sexcentis pedibus
remouerentur a signo, ut sagittis uel certe lapidibus ex fu-
stibalo destinatis signum saepius tangerent. Propterea 8
sine trepidatione in acie faciebant quod ludentes in
campo fecerant semper. Adsuescendum est etiam, ut se- 9
mel tantum funda circa caput rotetur, cum ex ea emitti-
tur saxum. Sed et manu sola omnes milites meditabantur
libralia saxa iactare, qui usus paratior creditur, quia non

ABCDFGHLMPQRSTV

23,5 cfr Iuu. 6,24 sqq. 23,8 mil. I 18,4 23,9 cfr mil. III 14,15; Verg. Aen. 9,586 sq.

606 cum] quod **ABCHLMQS**^{c} (cum **S**^{1}) multitudini **GLMQS**^{c} (-is **S**^{1}) **606** *sq.* uel sudes **GRSV** *om.* **FP** commodum **δ** **608** *sq.* saltos ... ictos **ABC**^{1}**H** *corr.* **C**^{c} assuescant **DPST** adsuescunt **ABCGHM** consuescant **F** **609** *sq.* trepidantes **ABG**^{1}**LMQ** *corr.* **G**^{c} **611** in terga] integra **H** resilere **ABC**^{1}**G**^{1}**MQ** silere **L**^{1} *corr.* **C**^{c}**G**^{c}**L**^{c} reilsdere (*sic*) **H** missilibus **FPRST** **612** meditentur **Qbd** *edd.* -antur *rell. Col.* **613** accrescere **FST** **615** sescentos (sex- **DS**^{c} .dc.^{tos} **R**) pedes **δ** (pedibus *super adscr.* **R**^{4}) **619** Assuescendum **DPT** **620** mittitur **π** (em- **R**^{c})**T**

10 desiderat fundam. Missibilia quoque uel plumbatas iugi
perpetuoque exercitio dirigere cogebantur usque adeo, ut
tempore hiemis de tegulis uel scindulis, quae si deessent,
certe de cannis, ulua uel culmo et porticus tegerentur ad
equites et quaedam uelut basilicae ad pedites, in quibus
tempestate uel uentis aëre turbato sub tecto armis erudie-
11 batur exercitus. Ceteris autem etiam hibernis diebus, si
niues tantum pluuiaeque cessarent, exerceri cogebantur
in campo, ne intermissa consuetudo et animos militum
12 debilitaret et corpora. Siluam caedere, portare onera, trans-
silire fossas, natare in mari siue fluminibus, gradu pleno
ambulare uel currere etiam armatos cum sarcinis suis fre-
quentissime conuenit, ut cottidiani laboris usus in pace
13 difficilis non uideatur in bello. Siue ergo legio siue auxi-
lia fuerint, exerceantur assidue. Nam quemadmodum
bene exercitatus miles proelium cupit, ita formidat indoc-

ABCDFGHLMPQRSTV

23,10 cfr mil. I 15,3; Isid. orig. XIX 19,7 (scindulae) 23,10 sqq. mil. II 22,6; III 2,9; 4,4 sq.; Claud. 8,344 sq.; mil. I 10 (natare); Hist. Aug. Hadr. 10,4 et Tert. mart. 3,2 (ambulare) 23,12 mil. III 4,5; u. ad I 1,6 cfr Suet. Iul. 57 et 64; Hisp. 40,6 23,13 mil. I 1,5

623 Missilia **ST** iugiter **δ** **624** adeo] ad h(a)ec **ABC G**^{1}**H** *corr.* **G**^{c} **625** scindulis **abefg** *quoque* scindolis **G**^{c}**d** sin- **G**^{1}**c** *Col.* scindalis **Q**^{c} scan- **FLPQ**^{1} scandalos **M** **628** aere turbatus (-os **M**) **ABCG**^{1}**HM** *corr.* **G**^{c} sepeturbatis **T** **631** consuetudine **δ** *corr.* **R**^{c} animus **δABCFHP**^{c} (-os **P**^{1}) *corr.* **R**^{c} animus quidem **G** **632** debilitaretur **δP** *corr.* **R**^{c} **632** transsilire **abcdef** transsilere **M** transilere **ABC** transilire *rell. Lang cfr I 9,6* **635** ut a cottidiani **ABC**^{1}**M** *corr.* **C**^{c} **636** *sq.* auxilio **ABGH** adsidue **LMQ** *Lang* **638** exercitatus] exercitus **R**^{1}**S**^{1}**V** *corr.* **R**^{c}**S**^{c}

tus. Postremo sciendum est in pugna usum amplius pro- 14
desse quam uires; nam si doctrina cesset armorum, nihil
paganus distat a milite.

XXIIII EXEMPLA ADHORTATIONVM EXERCITII MILITARIS DE ALIIS ARTIBVS TRACTA

Athleta uenator auriga propter exiguam mercedem uel 1
certe plebis fauorem cottidiana meditatione artes suas aut
seruare aut augere consueuit; militem, cuius est manibus 2
seruanda res publica, studiosius oportet scientiam dimi-
candi usumque rei bellicae iugibus exercitiis custodire,
cui contingit non tantum gloriosa uictoria sed etiam am-
plior praeda, quem ad opes ac dignitates ordo militiae et
imperatoris iudicium consueuit euehere. Artifices scae- 3
nici ab exercitiis non recedunt pro laude uulgi; miles sa-

ABCDFGHLMPQRSTV

23,14 mil. I 1,1; paganus: cfr Tac. hist. I 53,3 c. comm. Heubneri (1963) 24,1, auriga: Cassiod. uar. II 9,1 sq. (Theodericus)

641 paganus *in marg. per* uillanus *interpr.* G^{2} distaret *Scriu.* **645** Atleta G^{1} Adhleta **L** adleta **ABCH** adtleta **Q** Antleta G^{c} Adbleta **S** **647** seruare] certare π *corr.* R^{c}S^{c} seruare *super adscr.* R^{4} augere] agere π**GHT** *corr.* R^{c}S^{c} consuescunt **LQ** consues S^{1} *tribus litt. eras.* cunt *in marg. add.* S^{2} **649** bellicae] publicae π**G** *corr.* R^{2} **651** ac G^{c}**ae** *Col. quoque edd.* ad **εbcd** et **g** et ad **Ff** *cfr Andersson 122* **653** *de* pro *fin. cfr III 3,8; 4,4; IV 35,3* (*Oennerfors 1993, ann. 23*); *Svennung, Orosiana 41 sq.; H–Sz 271* milites **ABC**^{1}**HM** *corr.* C^{c}

cramento lectus ab exercitio armorum uel nouellus uel
iam uetustus cessare non debet, cui pugnandum est pro
4 salute propria et libertate communi, praesertim cum anti-
qua sit prudensque sententia omnes artes in meditatione
consistere.

XXV ENVMERATIO FERRAMENTORVM VEL MACHINARVM LEGIONIS

1 Legio autem non tantum militum numero sed etiam
genere ferramentorum uincere consueuit. Primum om-
nium instruitur iaculis, quae nullae loricae, nulla pos-
2 sunt scuta sufferre. Nam per singulas centurias singulas
carroballistas habere consueuit, quibus muli ad trahen-
dum et singula contubernia ad armandum uel dirigen-
3 dum, hoc est undecim homines, deputantur. Nam hae
quanto maiores fuerint, tanto longius ac fortius tela iacu-
lantur. Non solum autem castra defendunt, uerum etiam
in campo post aciem grauis armaturae ponuntur; ante

ABCDFGHLMPQRSTV

24,4 Aristoph. Vesp. 1431; Cic. Tusc. 1,41; Prop. II 1,46; Hor. ep. I 14,44

654 *sq.* uel iam $\mathbf{C^c}$**bcefg** *Col. quoque edd.* uel etiam (uel uetus etiam **a**) $\pi$$\mathbf{C^1}$**Gad** uetus **Fa** **664** sufferre] sufficere $\mathbf{AB^1C}$ **GLMQbcefg** *Col. corr.* $\mathbf{B^2}$ **665** *sq.* carroballistas **G** -balistas (carra- **CF**) *rell.* multi $\pi$$\mathbf{LM^c}$ (muli $\mathbf{M^1}$)**Q** trahendum $\mathbf{R^cS^1}$ *quoque* prehendendum $\mathbf{DR^1S^cV}$ trahendum *in marg.* $\mathbf{R^4}$ et *om.* **LQ** singuli contubernium **P** **667** *sq.* Nam h(a)e(e) quanto **ABCGHMace** *Col. v Scriu. Andersson 179* Nam quanto **FLPQbf** H(a)e(e) quanto **DTg** *Lang* H(a)e(e) quantum **RSVd** tantum **RSVd** longius] locius $\mathbf{ABC^1}$ uelocius $\mathbf{C^2G}$

quarum impetum nec equites loricati nec pedites scutati
possunt hostium stare. In una autem legione quinqua- 4
ginta quinque carroballistae esse solent. Item decem ona-
gri, hoc est singuli per singulas cohortes, in carpentis bu-
bus portantur armati, ut, si forte hostes ad oppugnandum
uenerint uallum, sagittis et saxis possint castra defendi.
Scaphas quoque de singulis trabibus excauatas cum lon- 5
gissimis funibus et interdum etiam ferreis catenis secum
legio portat, quatenus contextis isdem, sicut dicunt, mo-
noxylis, superiectis etiam tabulatis, flumina sine ponti-
bus, quae uadari nequeunt, tam a peditibus quam ab
equitatu sine periculo transeantur. Habet ferreos ⟨h⟩arpa- 6
gonas, quos lupos uocant, et falces ferreas confixas lon-
gissimis contis, item ad fossarum opera facienda bidentes

ABCDFGHLMPQRSTV

25,5 monoxylus: Plin. nat. 6,105; mil. III 7,7   25,6 lupus: mil. IV 23,3; Liu. XXVIII 3,7

673 carroballist(a)e **ABCG** caro- **H** carrobalistae *rell.* **674** *sq.* bobus (*ex* bu- $\mathbf{R}^{c}$) $\mathbf{FR}^{c}$ hostis ... uenerit **δad** oppugnandum (obp- **a**) **δFabdefg** *v Scriu.* pugnandum **εPTc** *Col.* ⟨ad⟩pugnandum ("*uel* adpugnatum" *in app.*) *Lang at cfr TLL 9: 2,801,79 sqq.* (*2,316,82 sq. tria sola ex.* app- *uerbi* [*Taciteа*]) **676** ballum $\mathbf{ABC}^{1}\mathbf{M}$ *corr.* $\mathbf{C}^{c}$ **677** Scaphas **FBbdg** *Col. v Scriu.* Scafas *rell. Lang* **679** *sq.* quatinus **δF** monoxilis **DGRV** -xillis **S** monosylis **ABC** -silis **H** **681** uadari–quam *om.* **V** uadare **S** **682** *sq.* equitatu **CGTc** *Col. edd.* -o $\mathbf{AB}^{c}\mathbf{H}$ -os $\mathbf{B}^{1}\mathbf{M}$ equitibus **πLQabdegf** harpagonas *Lang* a-**b** arpagones **πTacdg** *Col.* -os **Ce** arpgaones **f** arpationas (-es **G**) **ABGHLMQ** lupos] locus $\mathbf{R}^{1}\mathbf{SV}$ *exp.* lupos *super adscr.* $\mathbf{R}^{2}$ et *om.* **δ**

ligones palas rastra alueos cophinos, quibus terra porte-
tur. Habet quoque dolabras secures ascias serras, quibus
7 materies ac pali dedolantur atque serrantur. Habet praete-
rea artifices cum omnibus ferramentis, qui ad expugnan-
das hostium ciuitates testudines musculos arietes uineas,
8 ut appellant, turres etiam ambulatorias faciunt. Verum ne
singula enumerando plura dicantur, uniuersa, quae in
quocumque belli genere necessaria esse creduntur, secum
legio debet ubique portare, ut, in quouis loco fixerit ca-
stra, armatam faciat ciuitatem.

ABCDFGHLMPQRSTV

685 rastra **π**$\mathbf{B^{c}}$**G**$\mathbf{L^{2}}$ (*in marg.*) **Tabdefg** *Col. v Scriu.* rutra **A**$\mathbf{B^{1}}$ **CLQc** *Stew. in comm. Lang* rutro **M** cophinos **abcdeg** *Col. quoque v Scriu.* cof- **GLMf** *Lang* **687** materies **adeg** *quoque* (*om.* b) *Lang* -ia **εFcf** *Col. Andersson 11; 86* -ias **P** **688** *sq.* expugnandas (-um **g**) **πag** *cfr e.g. Liu. V 6,10; X 45,13; Nep. Hann. 3,2* obpugnandas (opp-) **εTcef** *edd.* -um *Col. om.* **d** depugnandas **b** uineas faciunt (fat- **V**) ut **π** **690** appellantur res **ε** *corr.* $\mathbf{C^{c}}$ fatiunt **V** -ciant **ε** **691** singule **ST** -i **L** numerando **DQST** **692** quocumque: *cfr I 529; H–Sz 202* **693** quouis: *u. ad I 12,2* fixerint **T** fecerit **D**$\mathbf{R^{1}}$**S** fixerit *super adscr.* $\mathbf{R^{2}}$

FLAUII (FL.) UEGATI (-ETI **L**$\mathbf{M^{c}}$**Q**) RENATI UIRI (UIR **BG**) INLUSTRIS (-I **G**) DE RE MILITARI (-IS **G**) LIBER SECUNDVS (II) EXPLICIT INCIPIT LIBER III FELICITER (INCIPIT om. **AG** INCIPIT–FELICITER *eras.* **B**) INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERTII (III) **ε** *in* **C** *horum tit. scriptura partim, in* **H** *prope penitus euanuit* EXPLICIT LIBER SECVNDVS. INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI TERTII **δF** (*litt. min.* **FS**) Explicit liber secundus. Incipit liber tertius. Tituli libri tertii **T** INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI TERTI **P** *similiter sed breuius fere recc.*

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI TERTII

I. Qui modus esse debeat exercitus.
II. Quemadmodum sanitas gubernetur exercitus.
III. Quanta cura prouidenda sint atque seruanda pabula uel frumenta.
IIII. Quemadmodum oporteat prouidere, ne seditionem milites faciant.
V. Signorum militarium quanta sint genera.
VI. Quanta sit seruanda cautela, cum uicinis hostibus mouetur exercitus.
VII. Quemadmodum flumina, quae maiora sunt, transeantur.
VIII. Quemadmodum castra debeant ordinari.
VIIII. Quae et quanta consideranda sint, ut intellegatur, utrum superuentibus et insidiis an publico debeat Marte confligi.

ABCDFGHLMPQRSTV

1 *Hanc inscriptionem iam fol.* 22^{r} *positam, quam ibi sequuntur tituli q. s. I. Qui modus–VII⟨I⟩. Quemadmodum castra debeant ordinari, post fol.* 22^{v} *uacuum relictum hic (fol.* 23^{r}*) eosdemque titulos cap. I–VIII repetit* **G**. *'Capitulatio' q. u. deest in* **e** *v Scriu.* 2 debet **FP** exercitii **F** -citis **T** 3 sanitas] sanus **π** *corr.* $\mathbf{R}^2$ *cfr u. 128* 4 fabula $\mathbf{M}^1$ *corr.* $\mathbf{M}^c$ 6 praeuidere **DRS** 14 sunt **LQ** 15 superuenientibus **DST** et] ex **LQ** insidiis] inimicis *super adscr.* **T**

X. Quid oporteat fieri, si quis desuetum a pugna exercitum habeat uel tironem.
XI. Quae ipso die procuranda sint, quo publica committitur pugna.
XII. Inuestigandum, quid sentiant milites pugnaturi.
XIII. Quemadmodum idoneus locus eligatur ad pugnam.
XIIII. Quemadmodum acies debeat ordinari, ut in conflictu reddatur inuicta.
XV. Ratio podismi, quantum spatium in acie inter singulos homines in longum uel inter singulos ordines in latum debeat custodiri.
XVI. De equitibus ordinandis.
XVII. De subsidiis, quae post aciem conlocantur.
XVIII. In quo loco primus dux stare debeat, in quo secundus, in quo tertius.
XVIIII. Quibus remediis uirtuti uel dolis hostium resistatur in acie.
XX. Quot generibus pugna publica committatur et quomodo etiam qui inferior numero et uiribus est ualeat obtinere.

ABCDFGHLMPQRSTV

17 si quis *om.* $\mathbf{LM^1Q^1}$ si *add.* $\mathbf{M^cQ^c}$ ad pugnam $\mathbf{M^cQ}$ adpugna **L** *cfr u. 641* **19** quo] cum **BCGHLMQ** **19/20** committuntur $\mathbf{A^1B^1C}$ *corr.* $\mathbf{A^cB^c}$ **26** podismi] potissimi $\mathbf{R^1SV}$ *corr.* $\mathbf{R^2}$ potissime **D** **27** *sq.* singulos–inter *om.* **DT** in latum] illatum **T** debeant custodire **SV** **31** *sq.* in quo secundus–tertius] in quo duo in quo tres **D** **35** Quod $\mathbf{AB^1CFHPQ^1SV}$ *corr.* $\mathbf{B^cQ^c}$ **37** optinere uictoriam **D**

ABCDFGHLMPQRSTV

39 fugientes *om.* **R** facientes **CM** fugientes *super adscr.* **C**^{2} **41** pugnae *om.* **MR**^{1} pugnae displicet (-ent **AB**^{1}**C**) **AB**^{c}**CGHR**^{2} **42** camellis **AB**^{1}**C**^{1}**M** *corr.* **B**^{c}**C**^{c} -millis **H** cataphractis **F** -fractis *rell.* (*om.* **e**) *Lang* *post* equitibus *haec* **F** *inserit*: XXV. Quo tempore oportune collocentur insidię quia ad uersus fugientes maior audatia in minorem cura **43** *sq.* Quomodo–obsisti] Qvomodo quadrige falcatis uel elephantes inacię **S** Quomodo quadrigis falcatis inaciae **V** **43** elephantis (-es **S**) **FMPSTbg** -fantis *rell. Lang* **44** possint **A**^{1}**B**^{1}**CLM**^{1}**Q**^{1} *corr.* **A**^{c}**B**^{c}**M**^{c}**Q**^{c} obsistere **T** **47** XXVI. Regulae bellorum generales *Lang, ut ipsum caput XXVI 1–33, nescio an iniuria a Vegetio abiudicauerit.*

EXPLICIVNT CAPITVLA **V** EXPLĪC CAPIT̄L INC̄ LIB̄ III **R** EXPL̄ CAP̄ LIBRI III (*sic*). INCIPIT PRAEFATIO IN LIBRO IIII (*sic*) AD THEODOSIVM **D** INCIPIT LIBER TERTIVS **FP** (*litt. min.* **F**) Incipit prologus **T**

⟨LIBRI III PROLOGVS⟩

1 Athenienses et Lacedaemonios ante Macedonas rerum
potitos prisci loquuntur annales. Verum apud Athenien-
ses non solum rei bellicae sed etiam diuersarum artium
uiguit industria, Lacedaemoniis autem praecipua fuit
2 cura bellorum. Primi denique experimenta pugnarum de
euentibus colligentes artem proeliorum scripsisse firman-
tur usque eo, ut rem militarem, quae uirtute sola uel certe
felicitate creditur contineri, ad disciplinam peritiaeque
studia reuocarent ac magistros armorum, quos tacticos
appellauerunt, iuuentutem suam usum uarietatemque pu-
3 gnandi praeceperint edocere. O uiros summa admiratione
laudandos, qui eam praecipue artem ediscere uoluerunt,
sine qua aliae artes esse non possunt! Horum sequentes
instituta Romani Martii operis praecepta et usu retinue-
4 runt et litteris prodiderunt. Quae per diuersos auctores li-
brosque dispersa, imperator inuicte, mediocritatem

ABCDFGHLMPQRSTV

Prol. 1 cfr e. g. Cic. Tusc. 2,36; 5,77; off. 1,64

49 LACẸ D(A)EMONIOS **BC**^{c}**H** LACẸ DẸMONIUS **AC**^{1} MACHEDONAS **ABCH**^{c} (MACE- **H**^{1}) machedonas (-ẹ- **G**) **GM** macedones **T** **51** bellicae] publicae (p̄. **DR**) **δ** *cfr II 24,2* **56** disciplinae **LQ** **57** reuocarent **εR**^{c}**Tabcdef** *Col. We. Mo. Lang* -arint **π** *Stew. Scriu.* -arunt **g** **59** pr(a)ece-perint **πAC**^{c}**a** *Col. Stew. Scriu.* -it **b** -ciperint **BC**^{1}**GHe** -ceperunt **cg** -ciperent **LMQR**^{c}**Tdf** *We. Mo. Lang at clausula q. u. III* (*creticus cum ditr.*) *respiciatur oportet; de usu temporum u. Kuehner et Stegmann II 188 sq.* edoceri **DFPRV** doceri **S** O uiros] quis (qui **Q**) non hos **LQ**

meam adbreuiare iussisti, ne uel fastidium nasceretur ex
plurimis uel plenitudo fidei deesset in paruis. Quantum 5
autem in proeliis Lacedaemoniorum disciplina profuerit,
ut omittam cetera, Xanthippi declaratur exemplo, qui
Atilium Regulum Romanumque exercitum saepe uicto-
rem, cum Carthaginiensibus non uirtute sed arte solus 6
ferret auxilium, prostratis exercitibus cepit ac domuit
unoque congressu triumphans bellum omne confecit. Nec 7
minus Hannibal petiturus Italiam Lacedaemonium doc-
torem quaesiuit armorum, cuius monitis tot consules tan-
tasque legiones inferior numero ac uiribus interemit. Igi- 8
tur qui desiderat pacem, praeparet bellum; qui uictoriam
cupit, milites inbuat diligenter; qui secundos optat euen-
tus, dimicet arte, non casu. Nemo prouocare, nemo audet
offendere quem intellegit superiorem esse, si pugnet.

ABCDFGHLMPQRSTV

Prol. 5 Liu. perioch. 18; Val. Max. 1,14; 6 ext. 1; Frontin. strat. II 3,10; Oros. hist. IV 9,1–4; Polyb. 1,33 sq. Prol. 7 Frontin. strat. II 2,11 Prol. 8 Cic. Phil. VII 6,19 Si pace frui uolumus, bellum gerendum est; off. 1,80 Bellum ... ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quaesita uideatur; Publil. P 16; Liu. VI 18,7; Aug. ciu. 19,12

65 abbreuiare **ST** *Lang* beuiare **F** **68** ceteras **ABC GM** -os **H** Xanthippi **F** xanth- **T** xant- **DP** xancth- **ABCG HL**^{1}**M** *corr.* **L**^{c} santippi **RSV** xancstipi **Q**^{1} -thipi **Q**^{c} **69** attilium **B**^{1}**DFPR** *corr.* **B**^{c} adt- **S** ata- **V** Regulum *om.* **T** **70** Carthaginiensibus *Stew.* c- **R**^{1} K- *Lang* cartagini- **ABC G**^{c}(ar- **G**^{1})**HPV** Kartagini- **T** carthaginensibus **R**^{c}**g** *We. Mo.* kartha- **M** cartaginensibus **DFLQSabcdef***Col. cfr u. 924* **73** annibal **ABC**^{1}**HM** *corr.* **C**^{c} anibal **G**^{1} *corr.* **G**^{c} lacę dęmonium **ABC** **77** imbuat **DFPRTV** **79** intelleget **ABCG** si pugnet] se pugnaturum **D** pugnaturum **PRSV**

I QVI MODVS ESSE DEBEAT EXERCITVS

1 Primus liber tironum dilectum exercitiumque deprom-
psit, sequens legionis institutionem disciplinamque edo-
2 cuit militarem, hic tertius classicum sonat. Ideo enim illa
praemissa sunt, ut haec, in quibus peritia certaminum et
uictoriae summa consistit, disciplinae ordine custodito et
intellegerentur celerius et amplius adiuuarent.
3 Exercitus dicitur tam legionum quam etiam auxilio-
rum nec non etiam equitum ad gerendum bellum multi-
tudo collecta. Huius modus a magistris quaeritur armo-
4 rum. Nam cum Xerxis et Darii et Mithridatis ceterorum-
que regum, qui innumerabiles armauerant populos,
exempla releguntur, euidenter apparet nimium copiosos
exercitus magis propria multitudine quam hostium uir-
5 tute depressos. Nam pluribus casibus subiacet amplior
multitudo; in itineribus pro mole sua semper est tardior,
in longiore autem agmine etiam a paucis superuentum
adsolet pati; in locis autem asperis uel fluminibus trans-

ABCDFGH(– u. **86** celerius)LMPQRSTV

1,5 cfr Caes. Gall. II 11,1; 4 sq.; VIII 10; ciu. III 58

81 delectum **π**G^c (di- G^1) *corr.* R^c depromsit **GLTV** **82** *sq.* -que edocuit militarem *om.* **δ** *in marg. suppl.* R^2 **86** *a uerbis q. s.* et amplius **H** *lacunis afficitur u. p. XVII* **88** nec non et **ST** nec non **DRV** nec etiam **P** **89** Hic modus **FLMPQ** **90** xerxis (X- G^2) **DF**G^2**T** xersis (xs- *Col.*) **LMPQRSVcgf** *Col.* -es **e** serxis $B^cG^1C^c$ serxes **A**B^1C^1 exercis **b** Sersis **d** artacxersis **a** et *alterum*] uel **δTg** mitridatis **DPRTVabc ef** me- **Sdg***Col.* mittridratis **A**B^1**C**G^1 mitridratis B^cG^c et darii et Cyri uel metridatis **g** **92** religuntur *Col.* leguntur **δadg**

eundis propter inpedimentorum moras saepe decipitur;
praeterea ingenti labore numerosis animalibus equisque
pabula colliguntur. Rei quoque frumentariae difficultas, 6
quae in omni expeditione uitanda est, cito maiores fatigat
exercitus. Nam quantolibet studio praeparetur annona,
tanto maturius deficit, quanto pluribus erogatur. Aqua 7
denique ipsa nimiae multitudini aliquando uix sufficit.
Quod si casu acies uerterint tergum, necesse est multos
cadere de multis et illos, qui effugerint, ut semel territos
postea formidare conflictum. Veteres autem, qui remedia 8
difficultatum experimentis didicerant, non tam numero-
sos quam eruditos armis exercitus habere uoluerunt. Ita- 9
que in leuioribus bellis unam legionem mixtis auxiliis,
hoc est decem milia peditum et duo milia equitum, credi-
derunt posse sufficere, quam manum praetores uelut mi-
nores duces ad expeditionem saepe ducebant. Quod si 10
magnae hostium copiae dicerentur, consularis potestas
cum uiginti milibus peditum et quattuor milibus equitum

ABCDFGLMPQRSTV

1,6 Caes. Gall. VII 17,3; Iust. II 10,19 1,8 mil. I 1,1

102 quantumlibet (quantum libet) π *corr.* $\mathbf{R^cS^c}$ quantolibet: *i. q.* quantocumque *cfr ad I 12,2* studio separetur $\mathbf{DS^1}$ (se *exp.* $\mathbf{S^c}$) studiose paretur $\mathbf{PR^1V}$ *corr.* $\mathbf{R^c}$ studiosius praeparetur **F** **103** defit $\mathbf{ABCGRS^1}$ (-ficit $\mathbf{S^c}$) **104** nimia multitudine δ uix sufficit] deficit **F** **105** uerterent $\mathbf{AB^1C^1L^1MQ^1}$ *corr.* $\mathbf{B^cC^c L^cQ^c}$ **106** ut semel] similem **DSV** ut similiter $\mathbf{R^1}$ *corr.* $\mathbf{R^2}$ **114** dicerentur] $\mathbf{G^1S^1}$ *quoque* du- $\mathbf{DFG^cLPQS^cT}$ **115** peditum–milibus *om.* ε peditum et IIII^{or} *add.* $\mathbf{B^2}$ et quattuor–equitum *om.* **P** peditum] aequitum **V** milibus *alterum*] *om. edd.* militibus **F**

11 tamquam comes maior mittebatur. Quod si infinita multitudo ex gentibus ferocissimis rebellasset, tunc nimia necessitate cogente duo duces et duo mittebantur exercitus cum eiusmodi praecepto, ut 'Prouideant, ne quid res publica detrimenti capiat, consules ambo alterue, alter am-
12 boue'. Denique cum diuersis regionibus contra diuersos hostes a populo Romano annis prope omnibus pugnaretur, ideo sufficiebant militum copiae, quia utilius iudicabant non tam grandes exercitus habere quam plures, illa tamen ratione seruata, ne umquam amplior multitudo socialium auxiliarium esset in castris quam ciuium Romanorum.

ABCDFGLMPQRSTV

119 ut prouideant **H** *fragm.* (*u. p. XVII*) **abcdef***Col. quoque Lang*^{1} ut prouiderent *We. Mo.* prouideant **RVg** *Stew. Scriu. Lang*^{2} pre- **T** prouidebant **D** **120** *sq.* consules ambo alterue alter amboue *cum* **T** *scripsi:* consules (procons- S) ambo alter uel alter amboue **δad** alter *prius*–amboue *exp.* **S**^{c} consules ambo vel alter vel alter amboue **e** consules ambo alter uel alter ammoueat **g** consules ambo uel alter amboue **B**^{2} consules ambo alter **B**^{1}**G** consules ambo altera (-o **M**) **ACMc***Col.* proconsules ambo alter (-o **LQ**) **LPQ** consules ambo F *We.* consules ambo aliter **f** *om.* **b** consules alter amboue *Mo.* Coss. alter, vel alter, ambóue *Stew. Scriu.* consules ambo alterue *Lang cfr TLL 1,1731,36 sqq.; 1865,14 sqq.* **121** diuersis] in diuersis **δTab eg** *edd. at cfr Andersson 114* **125** *sq.* sociorum **FLPQ** auxiliariumue **δT** ue *exp.* **S**^{c} *u. Andersson 126*

II QVEMADMODVM SANITAS GVBERNETVR EXERCITVS

Nunc, quod uel maxime prouidendum est, quemadmo- 1
dum sanitas custodiatur exercitus, admonebo, hoc est lo-
cis aquis tempore medicina exercitio. Locis, ne in pesti- 2
lenti regione iuxta morbosas paludes, ne aridis et sine
opacitate arborum campis aut collibus, ne sine tentoriis
aestate milites commorentur; ne egressi tardius et calore 3
solis et fatigatione itineris contrahant morbum, sed potius
in aestu ante lucem coepto itinere ad destinata perue-
niant; ne saeua hieme iter per niues ac pruinas noctibus 4
faciant aut lignorum patiantur inopiam aut minor illis ue-
stium suppetat copia; nec sanitati enim nec expeditioni
idoneus miles est, qui algere compellitur. Nec perniciosis 5
uel palustribus aquis utatur exercitus; nam malae aquae

ABCDFGHLMPQRSTV

2,2 cfr Vitr. I 4,16   2,4 Hist. Aug. Alex. 52,3   2,5 mil. III 8,3

128 Quomodo **F**   SANITAS] maxime sanitas **T** SANVS **DSV** SAN $\mathbf{R}^1$ itas *suppl.* $\mathbf{R}^2$ *cfr u. 3*   exercitij **F**   **129** quod] quoque **δ** quid $\mathbf{S}^c$ est] et **δ**   **130** admonendum $\mathbf{RS}^1\mathbf{V}$ *corr.* $\mathbf{S}^c$ -mouendum **D**   **131** Locis *om.* **δ** *suppl.* $\mathbf{R}^2$ **134** et *om.* **FLPQ**   **136** in aestu (inestu **T**) ante lucem (-e **DT**) **DT** *Stew. in comm. Lang* in (a)estuante luce $\mathbf{RS}^1\mathbf{V}^1$**e** aestate *in marg. add.* $\mathbf{R}^2$ in aestate (*in marg.* in estu **g**) ante lucem **g** *We.* in aestate luce **εFP**$\mathbf{S}^c\mathbf{V}^c$**abcdf** *Col. Mo. Stew. Scriu. cfr Oennerfors, Gnomonis uol. 65 (1993), 497*   itinera **FP**   **140** est] semper $\mathbf{DR}^1\mathbf{V}$ *corr.* $\mathbf{R}^2$ est semper **S**   algere] agere **L** alegere $\mathbf{MQ}^1$ *corr.* $\mathbf{Q}^c$ conpellitur **LMPQ** *Lang*   Nec] ne **LMQT**   **141** uel *om.* **δ**   palustribus] palus $\mathbf{AB}^1\mathbf{C}^1\mathbf{M}$ paludosis $\mathbf{B}^2\mathbf{C}^2$**GLQ** uel paludosis *in marg.* $\mathbf{R}^2$

potus ueneno similis pestilentiam bibentibus generat.
6 Iam uero ut hoc casu aegri contubernales oportunis cibis
reficiantur ac medicorum arte curentur, principiorum tri-
bunorumque et ipsius comitis, qui maiorem sustinet po-
testatem, iugis quaeritur diligentia; male enim cum his
7 agitur, quibus necessitas et belli incumbit et morbi.
8 Sed rei militaris periti plus cottidiana armorum exercitia
ad sanitatem militum putauerunt prodesse quam medi-
9 cos. Itaque pedites sine intermissione imbribus uel niui-
bus sub tecto, reliquis diebus exerceri in campo uolu-
10 erunt. Similiter equites non solum in planis sed etiam in
abruptis et fossarum hiatu difficillimis semitis seque et
equos suos assidue exercere iusserunt, ut nihil his in ne-
11 cessitate proelii accidere posset incognitum. Ex quo intel-
legitur, quanto studiosius armorum arte docendus sit
semper exercitus, cum ei laboris consuetudo et in castris
12 sanitatem et in conflictu possit praestare uictoriam. Si au-
tumnali aestiuoque tempore diutius in isdem locis mili-
tum multitudo consistat, ex contagione aquarum et odo-

ABCDFGLMPQRSTV

2,6 Plin. paneg. 13,3   2,9 mil. II 23,10 sq.   2,10 mil. I 1,6; II 1,4   2,12 cfr Vitr. I 4,17; Amm. XIX 4

142 ueneno similis **a** *et* **c** *quoque om.* **FLPQb** ueneno similes **CMe***Col.* -osi miles **AB**^{1} -osi militibus **GB**^{c} uenenosi (-us **g**) pestilenciam militibus (*om.* **f**) bibentibus **fg** uenenosis malis pestilentiam bibentibus **d** generant **CFL**^{1}**MPQ***Col.* *corr.* **L**^{c} **143** ut hoc casu *edd.* hoc casu **ace***Col.* occasu **ABCGMg** *cfr I 22,3; IV 25,6* ut casu **δTd** casu **FLPQbf** **153** difficillissimis **S**^{2} (-illimis **S**^{1})**V** **154** adsidue **ε** *Lang* **155** accedere **εTf***Col.* aggredi **a** possit **εPTbcfg***Col.* **160** *sq.* odoris] doloris **δ** *corr.* **R**^{c}

ris ipsius foeditate uitiatis haustibus et aëre corrupto perniciosissimus nascitur morbus, qui prohiberi non potest nisi frequenti mutatione castrorum.

III QVANTA CVRA PROVIDENDA SINT ATQVE SERVANDA PABVLA VEL FRVMENTA

Ordo postulat, ut de commeatu pabuli frumentique dica- 1
tur. Saepius enim penuria quam pugna consumit exercitum, et ferro saeuior fames est. Deinde reliquis casibus 2
potest in tempore subueniri, pabulatio et annona in necessitate remedium non habent, nisi ante condantur. In 3
omni expeditione unum est et maximum telum, ut tibi sufficiat uictus, hostes frangat inopia. Ante igitur quam inchoëtur bellum, de copiis expensisque sollers debet esse tractatus, ut pabula, frumentum ceteraeque annona-

ABCDFGLMPQRSTV

3,1 mil. III 9,8 3,3 cfr mil. IV 7,2 sq.; Caes. ciu. II 25,2; Frontin. strat. III 4; 15,4; Cassiod. uar. I 17,4; IV 13,2

162 *sq.* non potest nisi **δad** *cfr e. g. mil. I 16,1; III 3,2; mulom. I Prol. 9; 39,3; 56,34; IV 4,9; 9,4* non potest aliter (aliter non potest **F**) nisi *rell. edd.* frequenter **εFP** *corr.* **G**^{c} **166** commeatu pabuli frumentique (frutique **f**) **B**^{c}**FGPR**^{c}**afg** *Col. v Scriu.* commeatu (-antis **T**) pabulo frumentisque **δB**^{1}**Tbe** *Lang* commeati (come- **LMQ**) pabulo frumentisque **ACLMQc d** **168** saeuior] seuerior **DFPR**^{1}**S** *corr.* **R**^{c} famis **A**^{1}**B**^{1} (-es **A**^{c}**B**^{c})**CLMQ** **169** subuenire **B**^{1}**LMQ** *corr.* **B**^{c} **171** est et] extet **B**^{c}**GLMPQ** extet et **F** exter **AB**^{1}**C** telum **bcf** *Col. quoque Stew. in comm. Scriu. Lang Andersson 14* consilium **πad eg** *We. Mo.* **173** expensisque sollers] expensis sit procuratio quae solers **LQ**

riae species, quas a prouincialibus consuetudo deposcit,
maturius exigantur et in oportunis ad rem gerendam ac
munitissimis locis amplior semper modus quam sufficit
4 adgregetur. Quod si tributa deficiunt, prorogato auro
comparanda sunt omnia. Neque enim diuitiarum secura
5 possessio est, nisi armorum defensione seruetur. Frequen-
ter autem necessitas geminatur et obsidio saepe fit lon-
gior quam putaris, cum aduersarii etiam ipsi esurientes
circumsidere non desinant quos fame sperant esse uin-
6 cendos. Praeterea quicquid in pecore uel quacumque
fruge uinoque hostis inferens bellum ad uictum suum po-
terit occupare, non solum admonitis per edicta possesso-
ribus sed etiam coactis per electos exsecutores ad castella
idonea et armatorum firmata praesidiis uel ad tutissimas
conferendum est ciuitates urgendique prouinciales, ut
7 ante inruptionem seque et sua moenibus condant. Repa-

ABCDFGHLMPQRSTV

3,5 Caes. ciu. III 47,2 3,7 Cassiod. uar. I 17,1

175–176 quas–maturius] *in marg. suppleuit* **R**[2] a prouincia **DR**[1]**S** *exp.* **R**[c] quas–ad *om.* **V** **175** a *om.* **FP** **176** ad rem gerendam *om.* **LQ** ad rem] regem **M** **178** aggregetur **DFS** agre- **T**[1] con- **T**[2] **179** conparanda **LMQV** *Lang* **182** putaris] putatur **LQ** **186** ammonitis **FPST** admotis **B**[c] (-monitis **B**[1])**G** possessionibus **ABC**[1]**FGM** *corr.* **C**[2] -ioribus **S** **187** ex(s)ecutores **πTdeg** excusatores **a** persecutores **ACMc** *Col.* perscrutores **LQ** prosecutores **BG** (*super add.* **g**) *Lang* perscrutatores **bf** *v Scriu. cfr TLL 5: 2,1845,32 sqq.* **189** urguendique **ABCG**[2](-ge- **G**[1])**LMQV** *Lang similiter u. 932; 953; 1382; IV 771; 840;* urge- *mulom. I 11,10; 41,1; II 52,1; 134,5* **190** irruptionem **FT** erupt- **δ**

ratio etiam murorum tormentorumque omnium ante cu-
randa est. Nam si semel hostes praeuenerint occupatos,
metu uniuersa turbantur, et quae ex aliis urbibus petenda
sunt interclusis itineribus denegantur. Sed fidelis horreo- 8
rum custodia et erogatio moderata consueuit sufficere pro
copia, maxime si ab initio procuretur. Ceterum sera parsi-
monia est tunc seruare, cum deficit. In expeditionibus ar- 9
duis per capita magis militum quam per dignitates ab an-
tiquis praebebantur annonae, ita ut post necessitatem
eisdem a re publica redderentur. Hieme lignorum et pa-
buli, aestate aquarum uitanda est difficultas. Frumenti 10
uero et aceti uel uini nec non etiam salis omni tempore
necessitas declinanda, ita ut urbes atque castella ab his
militibus, qui minus prompti inueniuntur in acie, armis 11
sagittis fustibalis, fundis etiam et saxis, onagris ballistis-

ABCDFGH (a u. **197** *sq.* arduis) **LMPQRSTV**

3,8 Liu. XXII 23,9; XXIX 22,3; Val. Max. IX 3,7; Frontin. strat. III 15,4; Auson. Mos. 457; Amm. XXIV 1,15; XXVIII 1,17; Cod. Iust. XII 52,2 pr. (a. 373); VIII 11,13,2 (a. 398) – Hes. Op. 369; Verg. catal. 13,12; Sen. ep. 1,5 3,9 fin. sq. Vitr. V 9,8

192 hostis praeuenerit **LMQ** occupatis **LMQRT** -us **AB**G^1 *corr.* G^c occupationis *in marg. add.* R^2 **194** fideli **AB CG** fidelibus **T** horreorum **FTadg** *Cuiacius* (*1522–1590*) *Stew. Scriu. Lang* sors eorum **ε**R^2S^2**bc** *Col.* sors *exp.* B^c foris eorum **f** aureorum **δPd** *in marg.* **g** seruatorum **e** *We. Mo.* **197** est *om.* **S** tum **ε** defecit (dife- G^1)**A**B^1**CDF**G^1**P**R^1**S** *corr.* $B^cG^cR^c$ arduis] *in hac uoce denuo accedit* **H** **201** *sq.* frumenti uerum **AC** (vini *super adscr.* C^2) frumenti. Uerum **LMQ** **205** *sq.* ballistisque B^cC^c**HP** bali- A^c**DFGL**Q^c**STV** baldi- **R** ballistrisque (bali- Q^1) $A^1B^1C^1$**M**Q^1 uitetur **Tg** *Col. Lang* uidetur **LMQbf** uetetur **ABCGHc** cauendum uidetur **π**(cauendum *in marg.* **P**)**ad** *v Scriu.* cauendus videtur omnis dolus hostium **e**

que defendantur. Praecipueque uitetur, ne aduersariorum
dolo atque periuriis decipiatur prouincialium incauta
12 simplicitas. Frequentius enim commerciorum pacisque
simulatio credulis quam arma nocuerunt. Qua ratione fa-
mem collecti patiuntur hostes, dispersi uero crebris super-
uentibus facile uincuntur.

IIII QVEMADMODVM OPORTEAT PROVIDERI NE SEDITIONEM MILITES FACIANT

1 Interdum mouet tumultum ex diuersis locis collectus
exercitus et, cum pugnare nolit, irasci se simulat, cur non
ducatur ad bellum; quod hi praecipue faciunt, qui in se-
2 dibus otiose delicateque uixerunt. Nam asperitate insoliti
laboris offensi, quem in expeditione necesse est sustinere,
praeterea metuentes proelium qui armorum exercitia de-
3 clinarant ad eiusmodi praecipitantur audaciam. Cui uul-
neri multiplex medicina consueuit opponi, ut, dum
adhuc separati sunt et in sedibus suis, tribunorum uel ui-
cariorum nec non etiam principiorum ad omnem discipli-
nam artissima seueritate teneantur nihilque aliud nisi

ABCDFGHLMPQRSTV

3,12 (dispersi) cfr mil. III 6,18; 10,7; 10; IV 28,2; Caes. Gall. IV 32,5; VII 14,4; VIII 10,3; Liu. XXXX 28,2 sq.; XXXXII 65,2; Bell. Alex. 36,5; Frontin. strat. I 5,3; II 1,6; Claud. 8,335 4,1–2 cfr Lucan. 5,261 sqq.; tumultus: ib. 360; u. ad mil. I 18,4

212 PROVIDERE **LQ** *edd. cfr u. 6* PRAEVIDERE **δ** **219** *sq.* declinarunt **LQ** -arent **FP** **221** ut dum **πadeg** *v Scriu.* Dum **ABCTbf** *Lang* dum **HGLMQ** cum *Col.* **223** ad **πTadeg** *edd.* (*cfr u. 228 sqq.* ad ... detinendi) in **ecf** *Col. Andersson 67* et **b**

deuotionem moderationemque custodiant, campicur-
sionem, ut ipsi appellant, inspectionemque armorum
adsidue faciant, nullis commeatibus uacent, ad nomen,
ad signa obseruare non desinant. Ad sagittas iaciendas, 4
ad missibilia dirigenda, ad iactandos lapides uel funda
uel manu, ad armaturae gestum, ad uectes pro similitu-
dine gladiorum punctim caesimque feriendos multo die
usque ad sudorem sunt frequentissime detinendi, cursu
etiam et saltu ad transmittendas fossas nihilominus im-
buendi. Seu mare siue fluuius uicinus est sedibus, ae- 5
stiuo tempore ad natandum cogendi sunt omnes, praete-
rea siluam caedere, iter per dumos et abrupta facere,
materiem dedolare, aperire fossam, occupare aliquem lo-
cum et, ne a contubernalibus detrudantur scutis, inuicem

ABCDFGHLMPQRSTV (de **R** cod. inde a u. **237** cfr Praef. XX)

4,4 sq. mil. II 23,11 sq. 4,6 mil. II 2,5

226 *sq.* inspectionemque **FPT** *v Scriu.* inspectationemque **δ** inspectionem **ε** inspectionem armorum (*Lang*[1]) *defendit Andersson 153 cfr TLL 7: 1,1943,51 sqq.; 1944,7 sqq. uncis secl. Lang*[2] assidue **FPSTV** assue **D** **229** missilia (*ex* -ibilia **T**) **FPT** **230** ad *prius om.* **DSV** uectes] manus **T** uectes: *i. e.* palos (*cfr mil. II 23,6; i. q.* obices *Verg. Aen. 7,609; Cic. diu. 2,62*) pro: *u. ad II 24,3* **231** feriendos **δdg** (*cfr mil. l. l.*) -o *rell.* (*sed* fier- **BC**[1] *corr.* **C**[c]) *edd. cfr TLL 6: 1,509,65 sqq.* **233** *sq.* inbuendi **LQ** Seu ... siue] Seu ... seu **π** *cfr Andersson 96* seu cum ... siue **T** (*cfr* Seu ... seu cum **g**) **236** iter per domos et **M** iter (Ita **FP**) per dumosa (di- **F**) et **π** *v Scriu. at cfr TLL 5: 1,2236,9* Item domos et **LQ** **238** in scutis **εR**[2] (*periit hic script. primigenia*) **bc** (-i **c**) **f** *Col. Lang*[1] detrudantur, scutis inuicem *L.*[2] **238** *sq.* inuicem niti: *u. Naegelsbach et Mueller 382 sq.* obuiantibus: *sc. iis* (*abl. abs.*)

6 obuiantibus niti. Ita exercitati et eruditi in sedibus milites, siue illi legionarii siue auxiliares siue equites fuerint, cum ad expeditionem ex diuersis conuenerint numeris, aemulatione uirtutis proelium magis necesse habeant optare quam otium: nemo cogitat de tumultu, qui fiduciam
7 de arte uel uiribus gerit. Dux autem esse debet attentus, ut in omnibus legionibus siue auxiliis uel uexillationibus a tribunis, uicariis principiisque, si qui turbulenti uel seditiosi sunt milites, non pro inuidia suggerentum sed pro rerum ueritate cognoscat eosque prudentiori consilio segregatos a castris ad agendum aliquid, quod ipsis prope uideatur optabile, aut ad castella urbesque deputet muniendas atque seruandas, tanta subtilitate, ut, cum abi-
8 ciuntur, uideantur electi. Numquam enim ad contuma-

ABCDFGHLMPQRSTV

4,8 sq. Tac. ann. I 38,1; Suet. Iul. 67,1; Lucan. 5,359 sqq.; Cic. Cluent. 128 Statuerunt ... ita maiores nostri, ut, si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur, ut metus uidelicet ad omnes, poena ad paucos perueniret. – inpunitatem: cfr Cic. off. 2,28

240 ille C^{1} illis $L^{1}Q^{1}$ illum **M** *corr.* $C^{1}L^{c}Q^{c}$ *om.* T **242** necesse habeant **εbceg** *We. Lang* habeant *Col. Stew. in comm., Scriu.* necesse est habeant **FP** *Mo.* necesse (*om.* **T**) habent **δTadf** *de coniunctiuo u. H–Sz 333; supra II u. 394; infra u. 659* **244** gerit] habuerit **LQ** adtentus **ABCGHL**Q^{1} (att- Q^{c}) *Lang cfr II 4,4* **247** *sq.* suggerentium (-cium S) *π v Scriu.* -cium L^{c} -dum L^{1}**MQ** pro rerum] procerum **εF**P^{1} *corr.* P^{c} prudentiore **DFPRS** **249** *sq.* prope uideatur] prouideatur (-ebatur Q^{1}) **L**Q^{c} deputet Q^{c}**Td** *Mo. Stew. Scriu. Lang* -ant V^{1}**b** -ent *rell. We.* **252** uideantur] existimentur **δ**

ciam pari consensu multitudo prorumpit, sed incitatur a
paucis, qui uitiorum scelerumque inpunitatem sperant
peccare cum plurimis. Quod si ferri medicinam necessi- 9
tas extrema persuaserit, rectius est more maiorum in auc-
tores criminum uindicari, ut ad omnes metus, ad paucos
poena perueniat. Laudabiliores tamen duces sunt, quo- 10
rum exercitum ad modestiam labor et usus instituit,
quam illi, quorum milites ad oboedientiam suppliciorum
formido compellit.

V SIGNORVM MILITARIVM QVANTA SINT GENERA

Multa quidem sunt ediscenda atque obseruanda pugnan- 1
tibus, siquidem nulla sit neglegentiae uenia, ubi de salute
certatur. Sed inter reliqua nihil magis ad uictoriam profi-
cit quam monitis obtemperare signorum. Nam cum uoce 2
sola inter proeliorum tumultus regi multitudo non possit

ABCDFGHLMPQRSTV

4,10 Suet. Iul. 65; 67,1; Tit. 4,1; Caes. Gall. VII 52,4; Paneg. XII 13,1

7 nitur, quam forficem uocant. Nam ex lectissimis militi-
bus in v litteram ordo componitur et illum cuneum
excipit atque ex utraque parte concludit, quo facto aciem
8 non potest rumpere. Item serra dicitur quae ab strenuis
directa ante frontem opponitur hostibus, ut turbata acies
9 reparetur. Globus autem dicitur qui a sua acie separatus
uago superuentu incursat inimicos, contra quem alter po-
10 pulosior uel fortior inmittitur globus. Obseruandum quo-
que, ne sub tempore, quo iam committitur pugna, uelis
ordines commutare aut de locis suis aliquos numeros ad
11 alia transferre. Statim enim nascitur tumultus atque con-

ABCDG(fragm.)HLMPQRSTV

19,6 Amm. XVII 13,9 Kempf 369 19,10 sq. mil. III 15,8; 17,5; 6 cfr ad mil. III 18,14; IV 45,2

1003 porcinum] portionum (-ci- **DV**) **δ** o *alt. del.* **R**^{c} porcinum *super adscr.* **R**^{4} **1004** forficen **DV** **1005** in .V. litteram (-a T) **PTag** *v Scriu.* in quintam literam **d** in V̄ littī (litā A) **ABM** similitudinem *supra* in *add.* A^{2} in ... (*lacuna 5 litt.*) ordo **C**^{1} *supra lacunam* similitudinen (*sic*).V. litere *adscr.* **C**^{2} in similitudinem .V. litterae (-e) **ce** *Col. Stew. in comm.* inlitteram **R** (*partim del.* **R**^{c}) in litt- **S** *litt.* V *super add.* **R**^{c} in lateram **D** in lateram .o uel a. **V** in unum confertis **LQbf** *in marg.* **R**^{4} (*deficiunt* **GH**) conponitur **A**^{1}(com- **A**^{c})**CM** *Lang* **1007** sera **δ** *corr.* **R**^{c}**S**^{c} **1007** *sq.* quod ab extremis disecta **D** ab] a **A**^{c}**B**^{c}(ab **A**^{1}**B**^{1})**P** **1008** obponitur **CHV** (*deficit* **G**) *Lang* **1010** superuentu (*ex* semper- **P**)] -tu tum **LQ** -to **A**^{1}**B**^{1}**C**^{1}**H** *corr.* **A**^{c}**B**^{c}**C**^{c} -tum **M** incurrat **ABHLMQ** (*deficit* **G**) inimicus **A**^{1}**B**^{1}**MQ** *corr.* **B**^{c} -is **A**^{c}**C** **1011** inmittitur **A**^{c}**DP** *Lang* imm- **RSTV** inmittetur (-mite- **BMQ**) **A**^{1}**BCGH MQ** imm- **L** **1012** iam *om.* **ε**

fusio, et in inparatos conturbatosque facilius hostis incumbit.

XX QVOT GENERIBVS PVGNA PVBLICA COMMITTATVR ET QVOMODO ETIAM QVI INFERIOR NVMERO ET VIRIBVS EST VALEAT OBTINERE

Depugnationum septem sunt genera uel modi, cum infe- 1
sta ex utraque parte signa confligunt. Vna depugnatio est
fronte longa quadro exercitu, sicut etiam nunc et prope
semper solet proelium fieri. Sed hoc genus depugnationis 2
periti armorum non optimum iudicant, quia, in prolixo
spatio cum tenditur acies, non aequalis semper campus

ABCDG(fragm.)HLMPQRSTV

20,1 Cato mil. frg. 10 Iordan p. 81 Vna depugnatio est fronte longo quadrato exercitu (de gen masc. uocis q. e. frons TLL 6: 1,1352,80 sqq.; 1360,40 sq.) 20,2 Veg. mil. I 26,2 sq.

1015 et in (*om.* T) imparatos conturbatosque **AT** *Lang* et (*om.* **P**^{1}) quos (quia **P**^{1}) inparatos (im- **PR**^{2}**df**) conturbatosque (turb- **d**) inuenerit (*om.* **P**^{1}) **LP**^{c}**QR**^{2} (*in marg.* **R**^{2})**bdf** atque inparatos (insperatos **H**) conturbatosque **B**^{c}**C**^{1}**H** atque inparatis conturbatisque (turba- **c** perturba- *Col.*) **C**^{c}**c***Col.* et qui inparatos conturbatosque **B**^{1}**M** quia inparatos corde **V** quia imparatos cor (quia–cor *exp.* **R**^{c})**R**^{1}**S** quia inparatos **D** s conturbatos **G** quia imparatos (in -os **g**) conturbatosque **eg** et (quia **a**) imparatis (-per- *We.*) conturbatisque **a** *v Scriu.* **1017** QVOD **P**^{1} *corr.* **P**^{c} **1018** QVI] quod **S** **1019** VALEAT] VICTORIAM VALEAT **D** OPTINERE **ABCDGHLMST** optinere uictoriam **S** **1022** quadro] quia quadro **Tg** quadrato *Cato* (*u. supra*) **c** *Col. v Scriu.* "*Restituunt* VV. quadro" *Stew. in marg.* **1024** in] *om.* **δ** *add.* **R**^{2} **1025** spatium **H** cum tenditur **ABC**^{c}**LMPT** (cum *post* quia **C**^{c}**P**) cum **G** contenditur **π****C**^{1}**HQ**

occurrit, et si hiatus aliqui in medio uel sinus aut curua-
3 tura fit, in eo loco acies frequenter inrumpitur. Praeterea,
si multitudine aduersarius antecedit, a lateribus aut dex-
tram aut sinistram alam circumuenit. In quo periculum
magnum est, nisi supernumerarios habeas, qui procurrant
4 hostemque sustineant. Hoc genere solus debet confligere
qui et plures et fortes habuerit bellatores, ut ex utroque
cornu hostem circumueniat et quasi in sinum sui conclu-
5 dat exercitus. Secunda depugnatio est obliqua, plurimis
melior. In qua si paucos strenuos loco idoneo ordinaue-
ris, etiam si multitudine hostium et uirtute turberis, ta-
6 men poteris reportare uictoriam. Huius talis est modus.
Cum instructae acies ad congressum ueniunt, tunc tu si-
nistram alam tuam a dextra aduersarii longius separabis,

ABCDG(integer a u. **1037** Huius)HLMPQRSTV

1026 et si *Col. Lang*^{2} et *si* hiatus aliqui in medio uel *Lang*^{2} et si aliquis in medio vel *Col.* et hiatus aliquis (-quid **T**) in medio uel **A**^{c}**T** et hiat (hi ad **SV** †hiat *Lang*^{1}) aliqui (-quid **RV** -quis **e**) in medio uel **A**^{1}**BCMRSVce** *Lang*^{1} et hi qui ad ad (*sic*) aliquid in medio **D** et cum in eius parte uel in medio **LPQf** *supra l.* **R**^{3} *Stew.* et cum in eius parte *Scriu.* et hiat aliquando in medio *We. Mo.* et aperit quandoque in medio uel **d** et hii ad aliquid in medio vel **g** *deficiunt* **GH** (in medio uel *in* **H** *cognoscitur*) *penitus deprauati* **a** *et* **b** *cfr I 26,4* **1026** *sq.* uel–loco *om.* **D** fit et in **RSTV** fit est ne **P** cauendum *in marg. add.* **P** irrumpitur **T** -atur **S** inr- **P**^{c} (-itur **P**^{1}) Propterea **δ** *corr.* **R**^{c} **1032** ut **L**^{2} *quoque v Scriu. cfr III 20,15 om.* **ABCL**^{1}**MQ** (*deficit* **G**) *Lang* qui **T** **1033** sui] suum **LPQ** **1033** *sq.* concludit **M** obliqua **adg** *quoque* publica quae (qua **A**^{1}**BM** *eras.* **A**^{c} quam **C**)**ε** (*deficit* **G**)**bcef** *Col.* **1037** Huius] *ab hac uoce denuo integer accedit* **G** (*fol. 42*; *scriptura fol. 42*^{r}*–44*^{r} *hic illic languidula*)

ne uel missibilia ad eam uel sagittae perueniant; dextram 7
autem alam tuam sinistrae alae illius iunges et ibi pri-
mum inchoa proelium, ita ut cum equitibus optimis et
probatissimis peditibus sinistram partem illius, ad quam
te iunxeris, adgrediaris atque circumeas et detrudendo at-
que supercurrendo ad hostium terga peruenias. Quod si 8
semel aduersarios exinde pellere coeperis, accedentibus
tuis indubitatam uictoriam consequeris et pars exercitus
tui, quam ab hoste submoueris, secura durabit. Ad simili- 9
tudinem autem A litterae uel libellae fabrilis acies in hoc
dimicandi genere componuntur. Quod si tibi prior aduer- 10
sarius fecerit, illos, quos post aciem supernumerarios di-
ximus debere poni, tam equites quam pedites, ad sini-
strum tuum colliges cornu, et sic aduersario resistes
magnis uiribus, ne arte pellaris. Tertia depugnatio est si- 11
milis secundae, sed in hoc deterior, quod a sinistro cornu
tuo cum illius incipies dextro confligere. Nam quasi man-

ABCDGHLMPQRSTV

20,10 mil. III 20,3   20,11 mil. III 18,7

1040 mis(s)ilia (-scibil- **A**^{1}**C**^{1}**L**^{1}) **A**^{c}**C**^{c}**DL**^{c}**PST** **1042** inchoato **GH** proelio **C**^{1}**GH** *corr.* **C**^{c} **1044** aggrediaris **AST** **1046** adcedentibus **A**^{1} (acc- **A**^{c})**M** *Lang* **1047** indubitatam **R**^{2}**acefg***Col. quoque Lang* -andam **δd** -antem **b** **1049** A litter(a)e **Rg** Λ *super adscr.* **R**^{c} Λ litterę **G** a litterę (-e) **ABCHM SVabcde** A (*in ras. 3 litt., in qua adhuc* tt *dispicias*) **P** litterae **D** uṭ litterae **L** aut litterę **Q** CC (*forma antiqua* a *litt.*) littere **T** alitore **f** libellae] -i **δ C T** fabrillis **A**^{1}**B**^{1}**C**^{1}**M**^{c} (-ilis **A**^{c}**B**^{c} **C**^{c}**M**^{1}) **1050** conponuntur **ACGHLM** *Lang* componere **T** **1051** fecerit] hoc fecerit **LQ** hoc *super adscr.* **R**^{4} **1053** cornu **C**^{c} *recc. Col. quoque v Scriu.* -um **ABC**^{1}**GHM** *Lang* resistes **L**^{c}**PRSabdeg** -ere **H** -is *rell. Col. Lang* **1054** arte] aperte **δ** *cfr u. 1057* **1056** incipies **RSVdeg** -is *rell. Col. Lang*

cus impetus est eorum et aperte cum difficultate adgre-
12 diuntur hostes qui in sinistro dimicant cornu. Quod apertius explanabo. Si quando alam sinistram longe habueris meliorem, tunc ei fortissimos equites peditesque coniunge et in congressu ipsam primam applica ad alam hostium dextram, et quantum potes aduersarii dextram par-
13 tem pellere et circumire festina. Tuam autem aliam exercitus partem, in qua deteriores bellatores habere te nosti, a sinistra illius longissime separa, ne uel gladiis
14 inuadatur uel ad eam tela perueniant. In hoc genere cauendum est, ne inimicorum cuneis transuersa tua acies elidatur. Hoc autem modo uno casu utiliter pugnabitur, si aduersarius inferiorem dextrum cornum habuerit et tu
15 longe fortiorem sinistrum. Quarta depugnatio talis est. Cum ordinaueris aciem, ante quadringentos uel quingen-

ABCDGHLMPQRSTV

1057 et *om.* **ε** aperti **π** *Mo. Stew. Scriu.* apertequorum **LQ** difficultate] difficultate eorum **ε** **1057** *sq.* aggrediuntur **AST** in *om.* **δ** **1059** explanabo] explanando **T** est explanabo **A**[1]**B CGHM** est *del.* **A**[c] ut sit explanabo **LQR**[4] **1060** tunc ei] tunc et **T** cum ea **P**[1] cuneo **LP**[c] Cuneo **Q**[1] s *add.* **Q**[2] **1061** applica *om.* **δ** *add.* **R**[2] **1062** potest **AC**[1]**P**[1] (-es **C**[c]**P**[c]) **e** *Col. Mo. Stew. Scriu. Lang*[1] **1063–1064** pellere–partem *om.* **T** **1063** impellere **DRVdeg** Tuam] Tu **δ** *corr.* **R**[c] **1066** genere *om.* **ε** **1069** inferiorem **cf** *Col. quoque Lang* -ius **bR**[4] infirmiorem **DPRTVag** -ius **Sde** cornum **R**[c]**e** *quoque Lang* -u **πLabcdfg** infirmius dextrum cornu *v Scriu.* habuerit *om.* **G** **1070** fortius **Sbdg** *v Scriu. de* cornum *instar masc. acc. nihil in TLL; cfr ad mul. II 79,11 Oennerfors ANRW* (*1993*) *ann. 196* pugnatio **DRV** autem pugnatio **S** **1071** quadringentos uel quingentos] “Membranae H.” (*cfr supra p. XLII*)” malebant *quadraginta, vel quinquaginta passus” Stew. in comm. 254*

tos passus quam ad hostem peruenias non sperante eo
subito ambas alas tuas incitare te conuenit, ut ex utroque
cornu inprouisos hostes uertas in fugam et celerius uicto-
riam consequaris. Sed hoc genus certaminis, licet cito su- 16
peret, si exercitatos fortissimosque produxerit, tamen pe-
riculosum est, quia mediam aciem suam qui sic dimicat
nudare compellitur et in duas partes exercitum separare.
Et si primo impetu uictus non fuerit inimicus, habet oc- 17
casionem, qua inuadat et diuisa cornua et mediam aciem
destitutam. Quinta depugnatio est quartae similis, sed hoc 18
unum amplius habet, quod leuem armaturam et sagitta-
rios ante primam aciem ponit, ut illis resistentibus non pos-
sit inrumpi. Nam sic de dextro cornu suo illius sinistrum 19
et de sinistro cornu suo illius dextrum adgreditur. Quod si
fugare potuerit, statim uincit; sin minus, media acies ip-
sius non laborat, quia a leui armatura sagittariisque de-
fenditur. Sexta depugnatio optima est, prope similis se- 20
cundae, qua utuntur qui de numero suorum et de uirtute
desperant. Et si bene ordinauerint, quamuis cum paucio-

ABCDGHLMPQRSTV

1072 passos A^1**B**C^{1}G^1**HM** *corr.* A^{c}C^{c}G^c **1073** te *om.* **DPSV** **1074** improuisos A^2 (in- A^1) inprouisus **PRV** interna **T** *cfr TLL 7: 1,700,25 sqq.; supra III 10,10* (insperatos) **1075** consequeris ε *cfr u. 1047* **1076** si exercitatos] se exercitatus **M** et exercitatos **GH** exercitatos **LQ** **1078** conpellitur **H**L^c (com- L^1) **1079** fuerit] adfuerit π (aff- **S**) *corr.* R^c **1084** irrumpi A^c (inr- A^1)**ST** **1085** dexteram **H** -tram **BG** aggreditur **PST** adgrediatur **H** **1087** *sq.* definditur **D** defendetur (-fund- C^1**M**) **A**B^{1}C^c**HLMQ** *corr.* B^c *obserues quaeso clausulam q. u. II*

21 ribus semper uictoriam consequuntur. Nam cum in-
structa acies ad hostes accedit, dextram alam tuam sini-
strae alae hostium iunge et ibi per equites probatissimos
22 et uelocissimos pedites incipe proelium. Reliquam autem
partem exercitus tui longissime ab aduersariorum acie re-
moue et in directum porrige quasi ueru; nam, cum sini-
stram partem illius et a lateribus et a tergo coeperis cae-
23 dere, sine dubio uertis in fugam. Aduersarius autem nec
de dextra parte sua nec de media acie potest suis laboran-
tibus subuenire, quia acies tua extenditur et tota se porri-
git ad similitudinem I litterae longissimeque recedit ab
24 hostibus. Quo genere in itineribus saepe confligitur. Sep-
tima depugnatio est quae loci beneficio adiuuat dimican-
25 tem. In hac quoque et cum paucioribus et cum minus for-
tibus poteris aduersarium sustinere, hoc est, si montem
aut mare aut flumen aut lacum aut ciuitatem aut paludes
aut abrupta in una parte habeas, ex qua hostis non possit

ABCDGHLMPQRSTV

20,25 Frontin. strat. II 2,2 sqq.; 6; 10; Caes. ciu. III 88,6; Liu. XXVII 18,9 sqq. Cap. 21 Frontin. strat. II 6

1091 semper] saepe π **1091** *sq.* cum instructa **R**[2] *quoque* cum structa **R**[1]**S**[c]**TV** cum constructa **D** constructa **S**[1] cum in frustra **H** accedet **AB**[1] (-it **B**[c]) **CLMQ** -is T **1096** uerum **AM** *Andersson 180* nam] quam **ABCGH** qua **MQ**[1] quia **LQ**[2] **1098** uertes **LQ** uertetur π **1099** nec dimidia **DRV** **1100** *sq.* tota se porrigit (-et **C**[c] *Col.*) **C**[c]**LQbf** *Col. We. Lang* totam se porrigit **PRade** *Mo. Stew. Scriu.* tota se corriget **ABC**[1]**G HMT** totam se corrigit **DSV** toto se corriget **cg** .I. (.i.) lit(t)er(a)e **Tb** *Col. edd.* .a. lit(t)ere **de** .u. litterae **L**[c] litter(a)e **αacfg** *ante* litterae *unius litt. spatium uac. rel.* **R** *in marg.* .q̄. *adscr.* **R**[c] **1102** XXI (XXII **G**) QVO–CONFLIGITVR (CONFVG- **M**) *pro tit. scriptum in* **εe** *Col.* **1107** hostes **AB**[1]**C GLMQ**[1] *corr.* **B**[c]**Q**[c] possint **AC** potest **δ** *corr.* **R**[2]

accedere, reliquum exercitum tuum directa acie ordines,
sed in illa, quae munitionem non habet, omnes equites et
ferentarios ponas. Tunc securus pro tuo arbitrio cum ho- 26
ste confligis, quia ab una parte loci natura te munit, ab
alia duplex prope ponitur equitatus. Illud tamen obser- 27
uandum est, quo nihil melius inuenitur, ut, siue dextro
cornu solo pugnare uolueris, ibi fortissimos ponas, siue
de sinistro, ibi strenuissimos colloces, siue in medio fa-
cere cuneos uolueris, per quos acies hostium rumpas, in
cuneo exercitatissimos ordines bellatores. Victoria enim 28
per paucos fieri consueuit. Tantum est, ut electi a duce
sapientissimo in his locis, in quibus ratio et utilitas postu-
lat, ordinentur.

XXI VIAM ABSCEDENDI HOSTIBVS DANDAM VT DELEANTVR FACILIVS FVGIENTES

Plerique rei militaris ignari pleniorem uictoriam credunt, 1
si aduersarios aut locorum angustiis aut armatorum mul-
titudine circumdederint, ut aditum non inueniant absce-

ABCDGHLMPQRSTV

1108 accedere *om.* **D** reliquum] Relique **H** relictum $\mathbf{A}^1\mathbf{B}^1$ **CM** *corr.* $\mathbf{A}^c\mathbf{B}^c$ **1109** illa] illa alia (ala **T**) **δT** **1110** securus *etiam Stew.* (*in marg.*) *supra ras. adscr.* **G** -os $\mathbf{A}^1\mathbf{B}^1\mathbf{C}^1$ *corr.* $\mathbf{A}^c\mathbf{B}^c\mathbf{C}^c$ securius *We. Mo. Scriu.* **1111** confliges **πacde** *v Scriu.* quia] quando **LQ** **1112** prope ponitur **bcef** *Col. quoque edd.* prope proponitur **g** proponitur **δLTad** **1113** quo] quod **LMQ** quoniam **δ** siue de dextero $\mathbf{S}^1$ de *exp.* $\mathbf{S}^c$ siue de dextro **Tg** **1115** de *om.* **D** conloces **ε** (coll- $\mathbf{A}^c$) *Lang* ponas **D** **1115** *sq.* facere cuneos] cuneos facere **πT** in] et **δ** *corr.* $\mathbf{R}^2$ **1117** cumeo **V** **1121** DANDAM *om.* **V** **1122** VT] VI **V** **1125** *sq.* abscidendi $\mathbf{A}^1\mathbf{M}^c$ -sced- $\mathbf{A}^c\mathbf{M}^1$ clausis] labsis **T** lapsis **g** clausis *in marg.* $\mathbf{g}^c$ crescet (-it $\mathbf{C}^c\mathbf{Q}^1$) … sumet **ε**

2 dendi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia, et cum
spei nihil est, sumit arma formido. Libenter cupit com-
3 mori qui sine dubio scit se esse moriturum. Ideoque Sci-
pionis laudata sententia est, qui dixit uiam hostibus, qua
fugerent, muniendam. Nam cum abscedendi aditu pate-
facto mentes omnium ad praebenda terga consenserint,
4 inulti more pecudum trucidantur. Nec insequentium ul-
lum periculum est, cum uicti quibus defendi potuerant
arma conuerterint. Hoc genere, quanto maior fuerit, tanto
5 facilius multitudo prosternitur. Neque enim ibi requiren-
dus est numerus, ubi animus semel territus non tam tela

ABCDGHLMPQRSTV

21,2 Verg. Aen. 6,290; Iust. II 11,14 cfr Bendz (1938) 81 sqq. 21,3 Frontin. strat. III 7,16 Scipio Africanus dicere solitus est hosti non solum dandam esse uiam ad fugiendum sed etiam muniendam. Cfr Bendz l. l. more pecudum: u. ad mil. I 20,10 21,4 e contrario infra 22,9 sq.; Frontin. strat. II 6,10 21,5 mil. III 12,6

1127 cupet **A^{1}B^{1}C^1** *corr.* **A^{c}B^{c}C^c** mori **D** commorari **AB^{1}C^{1}L^{1}MQ^1** *corr.* **B^{c}C^{c}L^{c}Q^c** **1130** fugirent **A^{1}BG^{1}HM** *corr.* **A^{c}G^c** fugerint **L** fugiant **P** refugiant **δ** *corr.* **S^2** muniendam] non *super add.* **P^c** minime muniamus **δ** *corr.* **S^2** **1131** ad praebenda terga] ad pr(a)ehendat. Erga **CLMQ^1** ad praehenda (-at **S^c**) terga **S^{1}Q^c** consenser/unt **R/R^4** conserint **V** cum fugerint (consenserint **S^1**) **QS^2** terror cum fugerint **C^2** *super adscr.* **1132** inulti more pecudum (-od- **GMQ^{1}T**) **C^{c}G^{c}MPQ^{c}STV** *Stew. in comm. Lang* multi (m/ulti **R^4/R**) more pecudum (-od- **H**) **AHR^4/R** *v Scriu.* in ultimo repecodum **BC^{1}G^{1}L** in ultimo more pecudum **D** consequentium **δ** **1133** cum uicti] conuicti **A^{1}BC^{1}HMQS** *corr.* **A^{c}C^c** cum uincti **T** **1134** conuerterint] in fugam *add.* e *We. Mo.* fuerit] fuerint **A^{1}B^{1}C^1** *corr.* **A^{c}B^{c}C^c** fuerit exercitus **LPQR/R^{4}b** *v Scriu.*

hostium cupit declinare quam uultum. Ceterum clausi, li- 6
cet exigui numero et infirmi uiribus, hoc ipso tamen sunt
hostibus pares, quia desperantes sciunt aliud sibi licere
non posse. Sed *Vna salus uictis nullam sperare salutem.*

XXII QVEMADMODVM AB HOSTIBVS RECEDATVR SI CONSILIVM DISPLICET PVGNAE

Digestis omnibus, quae ratio militaris experimentis et 1
arte seruauit, unum superest edocere, quemadmodum re-
cedatur ab hostibus. Nam disciplinae bellicae et exemplo-
rum periti nusquam maius periculum imminere testan-
tur. Qui enim ante congressum recedit ex acie, et suis 2
fiduciam minuit et inimicis addit audaciam. Verum quia 3
hoc saepius necesse est euenire, quibus modis tuto possit
fieri, declarandum est, primum ut tui nesciant ideo te re-

ABCDGHLMPQRSTV

21,6 mil. IV 25,5; Verg. Aen. 2,354 22,2 e contrario mil. III 18,12 22,3 Frontin. strat. II cap. 7

1137 *sqq.* Ceterum–salutem *cum Gemollio Veg. abiudicauit Lang* (*cfr supra I 3,4 et 6,3*) *at u. Schenk 31 sqq. Andersson 27 sqq. De Jonge* (*1955*) *104 Oennerfors (1993) ann. 45;* (*1993 Gnom. 65*) *497 sq.* **1138** exiguo **P** **1140** sed (set $\mathbf{Q}^1$ nam **Pa** *v Scriu.*) *una salus–salutem* **εP** *recc.* (sperare *om.* **c**) *v Scriu. in marg.* $\mathbf{R}^2$ *om.* **δT** **1142** CONSILIO **D** PVGNAE *om.* **V** PVGNET $\mathbf{ABC}^1$ *corr.* $\mathbf{C}^c$ **1144** seruabit **π** (-uit $\mathbf{S}^c$) **ABCHMT** superest et docere **T** superest docere **δ** (edo- $\mathbf{S}^2$) **1145** et *om.* **π** **1146** maius *om.* $\mathbf{A}^1\mathbf{BC}^1\mathbf{GHM}$ *suppl.* $\mathbf{A}^c\mathbf{C}^c$ inminere **ε** (imm- $\mathbf{A}^c$) *Lang* **1147** recedet $\mathbf{AB}^1\mathbf{CM}$ *corr.* $\mathbf{B}^c$ et *om.* **ε** **1148** minuet $\mathbf{AB}^1$ (-it $\mathbf{B}^c$) **C** **1149** saepius *om.* **δ** *super add.* $\mathbf{R}^2$ tuto] toto $\mathbf{A}^1\mathbf{B}^1\mathbf{C}^1\mathbf{M}$ *corr.* $\mathbf{A}^c\mathbf{B}^c\mathbf{C}^c$ tot **Q** hoc **L**

cedere, quia declinas inire conflictum, sed credant arte
aliqua se ideo reuocari, ut ad oportuniorem locum inuite-
tur hostis ac facilius superetur aut certe insequentibus
4 aduersariis secretiores collocentur insidiae. Nam necesse
est ad fugam parati sint qui ducem suum sentiunt despe-
rare. Illud quoque uitandum est, ne hostes te recedere
5 sentiant et statim inruant. Propterea plerique ante pedites
suos equites posuerunt, ut discurrentes aduersarios uidere
6 non sinerent, quem ad modum pedites abscedebant. Item
particulatim incipientes a primis singulas acies subduce-
bant retroque reuocabant, in gradu suo manentibus reli-
quis, quos sensim postea cessimque ad illos iungebant,
7 quos subduxerant primum. Aliquanti exploratis itineri-
bus noctu cum exercitu recedebant, ut hostes, die orta
cum intellexissent, non possent comprehendere praece-
8 dentes. Praeterea leuis armatura praemittebatur ad colles,

ABCDGHLMPQRSTV

22,5 sq. cfr Caes. ciu. III 67,2 sq.

1151 inire] interim **T** **1153** ac] aut (ut **C**^{c}**G**^{c}**L**^{c}) **ABC**^{1}**G**^{1}**L**^{1}**MQ** **1154** conlocentur **ε** (coll- **A**^{c}**Q**^{c}) *Lang* **1154** *sq.* Nam necesse est ad (est ut ad **d**) fugam parati sint **πade** *v Scriu.* Nam ad fugam parati sunt *rell. Col. Lang* disperare **ε** *corr.* **A**^{c}**C**^{c}**L**^{c}**Q**^{c} **1156** te *om.* **Tg** **1157** sciant **M**^{1} *corr.* **M**^{c} irruant **A**^{c} (inr- **A**^{1}) **DPST** **1159** abscidebant **A**^{1}**B**^{1}**C**^{1} *corr.* **A**^{c}**B**^{c}**C**^{c} *de indicatiuo u. ad I 11, tit.* **1162** postea cesimque **B**^{c} (cens- **B**^{1}) **GHT** post aciem seque **π** **1163** aliquantis exploratis **B**^{c}**GH** -is explorati **Q**^{1} *corr.* **Q**^{c} -is plorati **A**^{1}**B**^{1}**C**^{1}**M** *corr.* **A**^{c}**C**^{c} **1164** die orta *om.* **δ** **1165** conprehendere **AC GHLMV** *Lang* procedentes **A**

ad quos subito totus reuocaretur exercitus, et si hostes in-
sequi uoluissent, a leui armatura, quae ante occupauerat
locum, additis equitibus fundebantur. Nihil enim pericu- 9
losius existimant, quam si inconsulte insequentibus ab
his, qui in subsessa fuerint uel qui ante se parauerint,
obuietur. Hoc tempus est, quo oportune collocantur insi- 10
diae, quia aduersus fugientes maior audacia et minor
cura est. Necessario autem amplior securitas grauius solet
habere discrimen. Inparatis, cibum capientibus, in itinere 11
lassis, equos suos pascentibus ac nihil tale suspicantibus
superuentus adsolent fieri. Quod et nobis uitandum est et 12
hosti in eiusmodi occasionibus pernicies inferenda. Hoc

ABCDGHLMPQRSTV

22,11 u. ad mil. III 8,1 Iust. II 11,12

1167 ad quos] *om.* **LQ** ad quam **B**^{c}**G** quam **H** atque **A**^{1}**B**^{1} **CM** *corr.* **A**^{c} totus **C** *Col. Stew. Lang* totu **A**^{1} tutus **A**^{c} toti **b** tuto (-e **df**) *rell.* (*om.* **c**) *We. Mo. Scriu.* reuocarentur **LMQb** **1169** fundebantur **AGHPRT** *edd.* -batur **B**^{1}**DMSV** *corr.* **B**^{c} funderent **L** -e **Q** -erentur **S**^{2} fendebatur **C**^{1} defen- **C**^{2} defendebantur *Stew. in comm. fort. recte cfr Bell. Hisp. 38,4 TLL 5: 1,294,9 sqq.* **1170** insequentes **b** *Stew. Scriu.* **1170** *sq.* a uiris quae subsessa fuerit **δ** *corr.* **R**^{2} se parauerint **A**^{c}**GR**^{c} **Sb** separauerint **A**^{1}**BCDHLMPQR**^{1}**Vcdef** -unt *Col.* repedauerint **T** trepidauerunt **g** seruauerint **a** **1172** obuietur **δT** **dg** *We. Mo. Lang*^{2} obseruetur **ABCGHMPae** *Col. Lang*^{1} -aretur **c** se obseruetur **LQ** obseruentur **bf** *Stew. Scriu.* **1172–1174** Hoc (QVO **LMPQ**)–cura est *pro tit. litt. maiusculis exararunt* **εP** XXIIII *add.* **ABCGHP** quo *om.* **LPQ** CONLOCANTVR **GLMQ** COLLOCARI **P** INSIDIAS **P** minor] maior **δ** *corr.* **R**^{c} **1175** imparatis **A**^{c} (in- **A**^{1}) in imparatis **δT** (in *exp.* **R**^{c} inpa- **S**) **1175** *sq.* in itinere–pascentibus *om.* **M** quos *in marg. add.* **M**^{2} **1177** assolent **A**^{c} (ads- **A**^{1}) **DST** **1179** casu *om.* **M** *add.* **M**^{2} obpressis **BCGHLQ** *Lang*

enim casu oppressis nec uirtus potest nec multitudo pro-
13 desse. Qui in acie publica uincitur pugna, licet et ibi ars
plurimum prosit, tamen ad defensionem suam potest ac-
cusare fortunam; qui uero superuentum insidias subses-
sas passus est, culpam suam non potest excusare, quia
haec euitare potuit et per speculatores idoneos ante cog-
14 noscere. Cum receditur, talis fraus fieri consueuit. Recto
itinere pauci equites insequuntur, ualida manus occulte
per alia mittitur loca; ubi ad agmen inimicorum peruene-
15 rint equites, temptant leuiter atque discedunt; ille credit
quicquid insidiarum fuerat praeterisse et sine cura resol-
uitur ad neglegentiam; tunc illa manus, quae secreto iti-
nere destinata fuerat, superueniens opprimit ignorantes.
16 Multi, cum ab hoste discedunt, si per siluas ituri sunt,
praemittunt qui angusta uel abrupta occupent loca, ne
ibidem patiantur insidias; et rursus post se praecisis arbo-
ribus uias claudunt, quas concaedes uocant, ut aduersa-

ABCDGHLMPQRSTV

22,13 suam fortunam: Caes. Gall. VI 30,2; ciu. III 10,6; 27,1; 68,1 22,16 Caes. Gall. III 29,1; Appiani Illyr. 52 sq.

1180 qui] quia **εP** publica] publica qui **LQ** uincetur **ABC GHM** ars] pars **π** *corr.* **R**^{c}**P**^{c} **1181** possit **δ** defensionem] offensionem **ABCGH** adcusare **A**^{1} (acc- **A**^{c})**M** *Lang* **1184** euitare **LMQbdef** *We. Mo.* et uitare **πTag** uitare **ABC GHc** *Col. Stew. Lang* et] *de* et *explic. u. Kuehner et Stegmann II 25 sq.* **1185** fieri] ita fieri **π** **1187** perueniunt **π** **1188** *sqq.* ille credit ... resoluitur (soluitur T) **bcefg** *Col. quoque We. Lang cfr H-Sz 439 F* Illi credunt ... soluuntur (re- *Mo. Stew. Scriu.*) **πad** *Mo. Stew. Scriu.* **1191** obprimit (-prem- **B**^{1}**C**^{1}) **B**^{c}**C**^{c}**GHL** *Lang* **1195** concaedes *Mo.* (*'Epistula' ed. p. III*) *Scriu. Lang "palmaria emendatio" Stew. p. 257 cfr TLL 4,3,62 sqq.*

riis facultatem adimant persequendi. Et paene utrique 17
parti in itinere ad subsessas communis occasio est: nam
qui praecedit, oportunis uallibus uel siluosis montibus
post se relinquit insidias, in quas cum inciderit inimicus,
recurrit ipse et adiuuat suos; qui uero sequitur, auersis se- 18
mitis longe ante destinat expeditos et praecedentem ad-
uersarium arcet a transitu deceptumque a fronte et a tergo
concludit. Dormientibus noctu aduersariis et qui praeces- 19
sit potest regredi et qui sequitur, quantumuis intersit, po-
test superuenire per fraudem. In transfretatione fluuio- 20
rum qui praecedit illam partem temptat opprimere, quae
prima transierit, dum reliqui alueo separantur; qui autem

ABCDGHLMPQRSTV

22,17 cfr Caes. Gall. V 32

Oennerfors (*1993*) *Latomi uol. 52,426* concedes (-æs **A** -is **G**^{1}) **ABCDG**^{c}**HLQbf** -as *Col.* concedens **M** cum cedes **c** concides **PRSVade** *in marg.* **g** compedes **Tg** *v* (*in textu Mo. Stew. quoque*)

1198 *sq.* montibus post **C**^{c}**S**^{c}**bcf** *Col. Stew. Scriu. Lang* montibus quas (*ex* quas *sq. antic.*) post **ε** montibus quasi post **πTadg** *We. Mo.* montibus aliquas post **A**^{c}**Q**^{c}**e** relinquid **T** -liquit **BGLPQ**^{c} -liquid **HMQ**^{1} **1200** aduersis **πHTcd** *Mo.* -os **f** semitibus **δ** *corr.* **S**^{c} **1201** et] ut **A**^{c}**C**^{c} (et **A**^{1}**C**^{1}) **LQ** praecedendo **δ** **1202** arceat transitu **ABCGLMQ** arcet ad transitum **π** desertumque **Tg** deceptum *in marg.* **g** **1203** concludet **ε** (-it **A**^{c}) **1205** superuenire (sub- **Ha**) per fraudem **εPabcef** *Col. edd.* superuenire qui fraudem **T** peruenire ad fraudem **δdg** **1206** obprimere **HLQ** **1207** prima] praemissa *We.* transierit **πTace** *Col. Mo. Stew. Scriu.* -iuerit **εbdf** *Lang* -iret **g** -ierat *We.*

sequitur festinato itinere, illos, qui nondum potuerunt transire, conturbat.

XXIII DE CAMELIS ET CATAPHRACTIS EQVITIBVS

1 Camelos aliquantae nationes apud ueteres in acie produ-
xerunt et Vrcilliani intra Africam † uel ceteri Mazices ho-
2 dieque producunt. Sed hoc genus animalium, harenis et
tolerandae siti aptum, confusas etiam in puluere uento
uias absque errore dirigere memoratur. Ceterum praeter

ABCDGHLMPQRSTV

23,1 Plin. nat. 8,67; Frontin. strat. II 4,12. Cfr urceliana manus Coripp. Ioh. 5,390 23,2 Plin. nat. 8,68; Frontin. l. l.

1208 nondum (nun- **R**^{4}) **LMQTbfgR**^{4} *Mo. Stew. Scriu. Lang* non *rell. Col. We.* **1210** CATAPHRACTIS] CATAFR- *codd. suprascr.* (CATE- **P** cate- **f** Cathe- **g**) *sed cfr ad III u. 42* **1211** aciem **LPQbf** **1212** et] ut **A**^{c} (& **A**^{1}) **LQ** et Vrcilliani] in ytaliam **e** urcilliani **ABCGHMT** *Lang* (Vr-) urciliani **δd** *We.* (Vr-) urcliani **c** Vrsiliani *Mo. Stew. Scriu.* (*cfr Scriu. 'Animaduersiones' p. 643 sq.*) turcilliani (-ili-) **LQ** tra- **f** circiliani **Pa** vrtilani *Col.* uitilliani **b** vlcaniani (*ut uid.*) **g** (**e** *u. supra*) intra Africam (aff-) **adg** *quoque* in africam **ACHQ** in affricam **LMef** in africa (aff- **b** *Col.*) **BGb** *Col.* in Aphrica *v Scriu.* affricani **c** uel ceteri **abcefg** *Col. quoque* uel cetere **D** uel ceteris **Q**^{c} ueleteri **V** uel certe **d** *om. v Scriu.* intra Africam † uel ceteri *Lang* mazices **T** *Lang* (Ma-) mazites **a** mazicos **g** manzices **PSV** mazetes **ε R**^{c} (manz- **R**^{1}) **cf** Macetes *v Scriu.* maretes **e** merectes **b** mogetes *Col.* umanites **d** nationes **D** **1213** hoc genus **A**^{c}**B**^{2}**GHPR**^{2}**adeg** *Col. v Scriu.* genus hoc **LQbf** genus *rell. Lang* et *om.* **LQ** **1214** tolerande sitis **T** toleranda (-ae **B**^{c}) est siti **AB**^{1}**CGHM** tollerabile (tole- **Q**^{c}) siti **LQ** **1215** terrore **δ** *corr.* **R**^{c}**S**^{c} dirigi **P** digerere **R**^{1}**S**^{1}**V** de- **D** *corr.* **R**^{c}**S**^{c} praeter] propter **PT**

nouitatem, si ab insolitis uideatur, inefficax bello est. Ca- 3
tafracti equites propter munimina, quae gerunt, a uulneri-
bus tuti, sed propter inpedimentum et pondus armorum
capi faciles et laqueis frequenter obnoxii, contra disper- 4
sos pedites quam contra equites in certamine meliores,
tamen aut ante legiones positi aut cum legionariis mixti,
quando comminus, hoc est manu ad manum, pugnatur,
acies hostium saepe rumpunt.

ABCDGHLMPQRSTV

1216 ab insolis **A**^{1}**BGHM** *corr.* **A**^{c} ab solis **C** hoc uti **LPQ** bello *om.* π *add.* **P**^{2} Catafract(a)e **AB**^{1}**CHM** *corr.* **B**^{c} **1217** a *om.* **ε** **1219** faciles et laqueis **e** *Lang* facile est: & laqueis *We.* faciles et laqueis *uel* alioquin *Oudendorp* faciles et aliquae his **D** faciles et alia que (aliaquę **V**) his **SV** faciles et alia quibus **T** facile est et (et *om.* **ABMcg**) alia quae his **ABMR**^{1}**cg**^{c} (*in marg.*) et–his *obleuit* **R**^{c} capi facile est *in marg. rep.* **R**^{4} facile est aliaque (alijque **ad**) his (Alia quehis **H**) **CGHad** eos (*uncis incl. Stew. Scriu.*) facile est quoniam **LQbf** *Mo. Stew.* (*cum uterque lectionem q. e.* et laqueis [frequenter obnoxii] *notam se habere in comm. asserat* [*p. 51; p. 261*]) *Scriu.* facile est quoniam **P**^{1}. eos *ante* facile *add.* **P**^{2} facile est: Quibus **g**^{1} facile est ab hoste. Et sunt *Col.* obnoxii *We. quoque* (*cfr TLL 9: 2,128,6 sqq.*) obnixii **H** obnixi *Mo. Stew.* (*qui in marg.* "Scribe, *obnoxij*") *Scriu. cfr Oennerfors* (*1993 Gnom. 65*) *497* **1220** *sq.* meliores, tamen *Lang* meliores. Tamen (-es. tamen **R** -es tamen, *Scriu.*) **δT** *Scriu.* Melior (mel- **H**) est tamen **ABCGHM** sunt. Melior (-ius **P**^{c}**Q**^{c}) est tamen (tamen est **P**) **LP**^{1}**Q**^{1} in certamine meliores: tamen aut *We.* In certamine meliores tamen, aut *Stew.* in certamine meliores tamen sunt, aut *Mo.* aut ante] ut ante **L**^{c}**Q**^{c} (aut ante **L**^{1}**Q**^{1}) **T** mixti sint **LQ**^{c} (sunt **Q**^{1}) **1222** manum ad manum **LMT** **1223** acies] Et acies **LQ** acie (-ię **S** -iae **V**) **DSV** hostium saepe rumpunt *om.* **δ** *In distinguendis membris totius huius periodi Oudendorpium secutum se esse Lang* (*cui assentior*) *declarat, et recte quidem nunc confirmant* **Radeg.**

XXIIII QVOMODO QVADRIGIS FALCATIS VEL ELEPHANTIS IN ACIE POSSIT OBSISTI

1 Quadrigas falcatas in bello rex Antiochus et Mit⟨h⟩rida-
tes habuerunt. Quae ut primo magnum intulere terrorem,
2 ita postmodum fuere derisui. Nam difficile currus falca-
tus planum semper inuenit campum et leui inpedimento
retinetur unoque adflicto aut uulnerato equo decipitur.
3 Sed maxime hac Romanorum militum arte perierunt: ubi
ad pugnam uentum est, repente toto campo Romani tri-
bulos abiecerunt, in quos currentes quadrigae cum inci-
4 dissent, deletae sunt. Tribulus autem est ex quattuor palis
confixum propugnaculum, quod, quoquomodo abieceris,
5 tribus radiis stat et erecto quarto infestum est. Elephanti
in proeliis magnitudine corporum, barritus horrore, for-

ABCDGHLMPQRSTV

24,1 sq. Bell. Alex. 75,2; Liu. XXXVII 40,12; 41,5; Curt. IV 9,4 sq.; 12,6; 10; 15,3 sq.; 14 sqq.; Frontin. strat. II 3,17; Anon. de mach. cap. 12 sqq.; 18,8; 19,7   24,3 cfr murices ferrei Val. Max. III 7,2; Curt: IV 13,36   24,5 Liu. XXI 55,7; XXVII 14,6 sqq.; Flor. epit. I 13,8; Amm. XXV 3,11

1225 VEL ELEPHANTIS *et* POSSIT OBSISTI *om.* (*exc.* VEL R^1) **R^1S^1V** possit obsisti *suppl.* **R^2S^2** ELEPHANTIS **MPT eg** -phantibus **d** -FANTIS *rell.*   **1226** mitridatis **$A^1B^1C^1M$** (-es **$A^cB^cC^c$**)   **1231** maxima **D** hac] ea **DSV** a **R** (hac *eras. ut uid.*)   **1235** propugnaculo **M** quoquomodo **DMRS** quomodo *rell.* adieceris **T** abiectis **ABCGMQ** abietis **L** (**H** *periit*)   **1236** Elephanti (e- **M**) **MTbcg** *v* -phantes **de** *Col.* -fanti *rell. Lang cfr u. 1225 sic fere ceteris quoque locis* (7^{ies}) *sed* -fantes (-phan-) **S** *hic illic*   **1237** corporis **A** barritos **$B^1C^1LMQ^1$** *corr.* **$B^cC^cQ^c$** -itu **T**

mae ipsius nouitate homines equosque conturbant. Hos 6
contra Romanum exercitum primus in Lucania rex Pyr-
rhus eduxit, postea Hannibal in Africa, rex Antiochus in
Oriente, Iugurtha in Numidia copiosos habuerunt. Ad-
uersus quos diuersa resistendi excogitata sunt genera. Nam 7
et centurio in Lucania gladio manum, quam promusci-

ABCDGHLMPQRSTV

24,6 Cassiod. uar. X 30,7; Pyrrhus: Plin. nat. 8,16; Flor. epit. I 13,6 sqq.; Iust. XVIII 1,6; Frontin. strat. II 3,21; 4,13; Antiochus: Plin. nat. 8,11 sq.; Iugurtha: Sall. Iug. 49,1; 53,3 sq.; 62,5; copiosos habuerunt: Liu. XXX 33,4 sq. (de Hannibale in pugna Zamensi) (24,6) resistendi genera: Bell. Afr. 72 24,7 Bell. Afr. 82,4 sq.; Flor. epit. I 13,9 (Gaius Numicius quartae legionis hastatus); Oros. IV 1,10 (Minucius quartae legionis primus hastatus); Plin. nat. 8,19

1239 lucaniam **P** pyrrhus **f** pirrhos **R** pirrhus **V** *Col.* phirrus **L** pyrrus **ABCGMT** pirrus **DPSQacdeg** pi- (*cetera perierunt*) **H** partus **b** **1240** annibal A^1**BC**D^1G^1**Mc** Ani- **d** *corr.* $A^cD^cG^c$ Africa (aff- L *recc.*)] italia **T** **1241** iugurtha L^c**S Tf** -ta *rell.* Numidia] ouidia **M** alibi india **d** *super adscr.* copiosos habuerunt *om.* **LQ** copiosos] cirquosos (circu- **M**) **ABC GHM** **1241** *sq.* aduersum **DPSV** diuersa] aduersa A^1**B**C^1**GH** *corr.* A^cC^c excogitata sunt] excogitarunt **ε** **1242** *sq.* genera. Nam et centurio **DPSVad** *Lang* genera. Nam et minucius centurio quarte legionis primus astatus **T** (*cfr Oros. IV 1,10*) genera armorum. Nam & Centurio *v Scriu.* genera armatorum. Nam et centurio (turio **g**) **eg** genera armatorum. turio (T- **A** *Col.* centurio **R** Curie **b**) A^1**BCGHM**R^4**/R** (genera armatorum R^4 centurio **R**) **bc** *Col.* genera armorum (-arum **L**). Turio A^c**LQf** **1243** *sq.* promuscidem **abcef** *quoque v Scriu.* -am R^4 promoschidem **T** promiscidem **g** prosidem **d** perimistrum *Col.* proboscide (abscisa) *Flor. cod. Bamb. s. IX* promuscide *uel* promosc(h)ide *rell. codd. Flor.*

dem uocant, uni abscidit, et bini catafracti equi iunge-
bantur ad currum, quibus insidentes clibanarii sarisas,
hoc est longissimos contos, in elephantos dirigebant.
8 Nam muniti ferro nec a sagittariis, quos uehebant beluae,
laedebantur et earum impetum equorum celeritate uita-
9 bant. Alii contra elephantos catafractos milites inmise-
runt, ita ut in brachiis eorum et in cassidibus uel umeris
aculei ingentes ponerentur e ferro, ne manu sua elephans
bellatorem contra se uenientem posset adprehendere.
10 Praecipue tamen uelites antiqui aduersum elephantos or-
dinauerunt. Velites autem erant iuuenes leui armatura
corpore alacri, qui ex equis optime missibilia dirigebant.
11 Hi equis praetercurrentibus ad latiores lanceas uel maiora
spicula beluas occidebant, sed crescente audacia postea
collecti plures milites pariter pila, hoc est missibilia, in
12 elephantos congerebant eosque uulneribus elidebant. Il-

ABCDGHLMPQRSTV

24,10 Liu. XXI 55,11; XXX 33,14   24,11 Liu. XXVII 14,8   24,12 Bell. Afr. 30,2; 41,2; Flor. epit. I 13,28

1244 uni **εPabcefg** *Col. v Scriu.* unius **R^{c}Td** *Flor. Lang* huius **DR^{1}S** hui **V** catafractati **TV**   **1245** *sq.* clibanarii–est *om.* **LQ**   **1249** catafractatos **RSTV** contos **D** immiserunt **A^c** (inm- **A^1**) **PQRTV**   **1251** manu sua *om.* **GHLMP** *om. uac. sp. rel.* **ACQ** elephans **cdeg** -fans **εDSaf** elephas **Tb** *Col.* -fas (*ex* -fantes **P**) **PRV** *Lang*   **1252** possit **ε** *corr.* **A^{c}C^c** apprehendere **ADSTV**   **1254** erant *om.* **D**   **1254** *sq.* armatura corpore **εbcf** *Col. We. Stew. Scriu. Andersson 132* armatura et corpore *rell. Mo. Lang* ex equis **abdeg** *quoque edd.* et equis **εf** et equi **A^c** equis *Col.* equites **c** optimis **πad** missilia **PST^c** (-ibilia **T^1**)   **1256/57** Hi–occidebant *om.* **δ** *in marg. superiore suppl.* **R^2** *in inferiore rep.* **R^4** (*hic* alatiores *pro* ad l-es) **1258** missilia **PS^{c}T^c** (-ibilia **S^{1}T^1**)   **1259** congregabant **δ** *corr.* **R^c** eosque–elidebant *om.* **H**

lud additum est, ut funditores cum fustibalis et fundis
rotundis lapidibus destinatis Indos, per quos regebantur
elephanti, cum ipsis turribus affligerent atque mactarent,
quo nihil tutius inuenitur. Praeterea uenientibus beluis, 13
quasi inrupissent aciem, spatium milites dabant. Quae
cum in agmen medium peruenissent, circumfusis undique armatorum globis cum magistris absque uulneribus
capiebantur inlaesae. Carroballistas aliquanto maiores – 14
hae enim longius et uehementius spicula dirigunt – superpositas curriculis cum binis equis uel mulis post
aciem conuenit ordinari, et, cum sub ictu teli accesserint,
bestiae sagittis ballistariis transfiguntur. Latius tamen 15
contra eas et firmius praefigitur ferrum, ut in magnis cor-

ABCDGHLMPQRSTV

24,13 cfr Liu. XXX 33,15 sq.

1260 fustibalis] fundibalis δ *corr.* **R**^{2} **1261** Indos] in hos **LPQ**^{c} (has **Q**^{1}) in eos **S** **1263** totius **A**^{1}**B**^{1}**C**^{1}**M** *corr.* **A**^{c}**B**^{c}**C**^{c} **1264** irrupissent **A**^{c} (inr- **A**^{1}) **DPST** **1267** inl(a)es(a)e (ill- **A**^{c}**S** *recc.*) **αβ** (*sed om.* **b**) *Col. v Scriu. "ut otiosum" uncis secl. Lang iure def. Andersson 155 sq.* Carrobalistas **DG**^{1}**HPQ**^{1}**TV** (-ball- **G**^{c}**Q**^{c}) -balistis **S** aliquantum **AB**^{1}**CLMQ** (-o **B**^{c}) *Andersson 177* **1268** he **QV** Hee **A** Haec **D** hi **T** **1269** curriculis] curribus **δag** *corr.* **R**^{2} binis] bonis **εS**^{c} (bi- **S**^{1}) **cf** *Col.* **1269** *sq.* uel–conuenit *om.* **εcf** *Col.* uel mulis post aciem conuenit (*cfr II 25,2*) **Tg** *Lang* aut mulis post aciem **π** (prae acie **S**^{c}) **ade** ordinari] i *alt. del.* **R**^{c} ordinatis **de**^{c} (-ar **e**^{1}) -ati *Col.* aut mulis post aciem ordinari conuenit *v Scriu.* sub ictu **Ta** sub iactu (subiactu) **πA**^{c}**Qdefg** *We.* subiectu **A**^{1}**BCGHLMc** *om.* **b** sub ictum *Lang* sub iactum *Mo. Stew. cfr IV 10,3; 28,3 de abl. u. H-Sz 277* **1271** balistariis **A**^{c}**DS** ballistarii **A**^{1}**BM** balistis **P** ballistarum **LQ** transfigantur (-fug- **Q**) **LQ** Laetius **DR**^{1}**V** *corr.* **R**^{c} **1272** eos δ

16 poribus maiora sint uulnera. Aduersum elephantos plura
exempla et machinamenta rettulimus, ut, si quando ne-
cessitas postulauerit, sciatur, quae sint tam inmanibus be-
luis opponenda.

XXV QVID FIERI DEBEAT SI VEL PARS FVGERIT VEL TOTVS EXERCITVS

1 Sciendum uero est, si pars exercitus uicerit et pars fuge-
rit, minime desperandum, cum in eiusmodi necessitate
ducis constantia totam sibi possit uindicare uictoriam.
2 Innumerabilibus hoc accidit bellis, et pro superioribus
sunt habiti qui minime desperarunt. Nam in simili condi-
3 cione fortior creditur quem aduersa non frangunt. Prior
ergo de caesis hostibus spolia capiat, quod ipsi dicunt,
colligat campum, prior clamore ac bucinis exsultare uidea-

ABCDGHLMPQRSTV

25,2 Ps. Sall. rep. II 1,5 25,3 cfr Caes. Gall. VII 84,4; ciu. III 92,5; Liu. XXVI 5,9

1274 retulimus **HLMPQT** retulerimus (rett- **D**) **δ** *corr.* **D^c** **1275** sciatur quae sint *om.* **R** immanibus **RV** **1280** minime desperandum **δTadeg** (est *add.* **g**) *v Scriu. Lang*[1] *cfr III 25,2* sperandum **ABCGHMc** *Lang*[2] quid sperandum **LQf** *om.* **b** *Col. cfr Andersson 65 sed praecipue 22 sq. 34 sqq., 42, ubi repetitionem eiusdem rei uel uocis intra breue spatium tractat* (*adde exempla ad I 22,2 supra allata atque e. g. II 22,2; III 14,5; 15,5; 20,3 sq.; 22,4; 24,3 sq.; IV 23,2 sq.*) huiusmodi **LQ** **1281** ducis–totam] ducis (-i **A^cGH**) consentiat et tam (etiam **A**) **ABCGHM** *corr.* **B^2** (*sed* duci; tutam *pro* to-) ducis consentiat prouidentia et tamen **LQ** **1282** pro superioribus **S^c** *quoque* superiores **π** (*sed in* **R** superio *solum restat*) **1285** de caesis] discessis **δ** quod si ipsi dicunt **δ** *corr.* **R^c** **1286** clamare ac bucinas exaltare **δ** (bucinis exultare **R^c**)

tur. Hac fiducia ita perterrebit inimicos, ita suis fiduciam 4
geminabit, quasi uictor ex omni parte discesserit. Quod si 5
aliquo casu omnis in acie fundatur exercitus, perniciosa
clades; tamen reparationis multis fortuna non defuit, et
medicina quaerenda est. Dux ergo prouidus sub ea cau- 6
tela publico debet Marte confligere, ut, si quid pro uarie-
tate bellorum uel condicionis humanae secus acciderit,
absque graui detrimento liberet uictos. Nam si uicini col- 7
les fuerint, si post terga munitio, si ceteris abscedentibus
fortissimi quique restiterint, se suosque seruabunt. Fre- 8
quenter iam fusa acies dispersos ac passim sequentes re-
paratis uiribus interemit. Numquam exsultantibus maius 9
solet euenire discrimen, quam cum ex subita ferocia in

ABCDGHLMPQRSTV

25,5 Caes. Gall. VII 30,1 sq. 25,7 sq. mil. III 20,25; Frontin. strat. I 10,3 25,8 dispersos: u. ad mil. III 3,12

1287 ita *prius om.* **π** perterreuit **A^{1}B^{1}M** -terret **A^c** -terruit **B^{c}GH** ita suis] et **LQ** *om.* **ABCGM** *pars folii* **H** *cod. periit* **1288** geminauit **A^1** -at **A^c** geminabit suis quasi **LQ** **1289/90** perniciosae (-nec- **P** -nit- **Dd**) cladis **πd** *Mo. Scriu.* -a clade *We.* **1290** reparationibus **LQ** et] haec **LQ** **1292** pro uarietate] probari etate **M** probarit (-auerit **Q^2**) et ante (tantę **Q^c**) **LQ** **1297** acie (-ae **V**) dispersa ac passim sequente **δ** *corr.* **R^c** **1298** interimit **GP** interemit–exultantibus *om.* **δ** *in marg. suppl.* **R^2** (*hic* Nam numquam) maius] magis **DSV** *in* **R** *excidisse uid.* (*et* **R^4** maius *supplesse*) **1299** cum *om.* **S** ex (*om.* **c**) subita **δC^{c}T^{c}acdg** *Col. Lang^1 in textu cum cruce We.* exubita **T^1** exubeta **AB^{1}C^{1}M** exhibita (exi- **H**) **B^{c}GH** *We. in marg.* exsuperata **LPQ** ex superata **b** ex superatj **e** ex usu parata **f** subitò *v* (*We. quoque*) *Scriu.* ex subito *Lang^2 sed Latine non est u. TLL 5: 2,1125,6*

10 formidinem commutantur. Sed quocumque euentu colli-
gendi sunt superstites, bello erigendi adhortationibus
11 congruis et armorum instauratione refouendi. Tunc noui
dilectus, noua quaeruntur auxilia et, quod amplius pro-
dest, captatis occasionibus in ipsos uictores per occultas
12 insidias impetus faciendus ac sic audacia reparanda. Nec
oportunitas defit, cum pro felicitate superbius et incau-
13 tius mentes efferantur humanae. Si quis hunc casum ulti-
mum putat, cogitet euentus omnium proeliorum inter in-
itia contra illos magis fuisse, quibus uictoria debebatur.

ABCDGHLMPQRSTV

25,11 u. ad III 10,7

1300 formidinem] fortitudinem **LQbe** commutantur **εDP RTacdef** *Col. We. Lang*[1] -atur **A**[c]**g** *Mo. Stew. Scriu. Lang*[2] cum mutatur **S**[c] committantur **V** -atur **b** comitantur **S**[1] quocumque euentu **B**[c]**S**[1]**adeg** *quoque Mo.* quocumque euentus sunt **AB**[1]**C**[1]**M** quocumque (qui- *corr.* **R**[3]) **R** euentus sunt *suppl.* **R**[3] quicumque euentus sunt (sint **c**) **C**[c]**LQS**[c]**bcf** quicumque euentus fuerit *Col. We. Stew. Scriu.* **1302** et] sed **ε** sed et **S** *corr.* **A**[c]**Q**[c] refouendi sunt **R** **1303** dilectus **A**[c] *Stew. Scriu. Lang* de- **πacde** *We. Mo.* dilectum **εf** -u **Q**[c] delectum **G**[c]**b** dilecti **T** de- **g** *Col. cfr ad I Prol. 5* **1304** captatis] occupatis **ε** **1306** felicitate] fidelitate **DRV** fidicia **S** superbis **GHM** -uis **AB**[1]**C**[1] *corr.* **B**[c]**C**[c] superbos **δ** *corr.* **R**[2] et *om.* **δ** *suppl.* **R**[2] incautos (-us **V** in cautus **D**) **δ** *corr.* **R**[2] **1307** offerantur **LMQ** efferant **S** effecurantur **R**[1] *corr.* **R**[2] efectusrantur **V** effectu terreantur **D** *Caput q. e. XXVI–u. 1385* moliantur *genuinum censent v Scriu. ut interpolatum uncis incl. Lang at cfr Schenk 58 sq. qui Vegetium hic, ut in maxima libri tertii parte, Frontini scriptis pro fonte usum iudicat. Andersson rem perscrutatus "Vegetium ipsum (has) regulas … collegisse atque composuisse" autumat (p. 43) utcumque, quin huic capiti quoque summam Vegetius manum imposuerit, uix dubitarim – Cfr L. Loefstedt (1977) 292–299*

XXVI REGVLAE BELLORVM GENERALES

In omnibus proeliis expeditionis condicio talis est, ut 1
quod tibi prodest aduersarium noceat, quod illum adiuuat tibi semper officiat. Numquam ergo ad illius arbitrium aliquid facere aut dissimulare debemus, sed id solum agere, quod nobis utile iudicamus. Contra te enim

ABCDGHLMPQRSTV

Cap. 26 Schenk 58 sqq. "Mirus est consensus huius primae regularum generalium particulae cum initio breuis excerpti, quod codex ille celeberrimus scriptorum militarium Graecorum Laurentianus X. saeculi folio 131 continet et cui inscriptio est *'Τὰ εἰς ὕστερον ἐκβληθέντα ἀπὸ ἄλλων βιβλίων γνωμικά'.* Incipit autem ab his uerbis *Τοιαύτη τίς ἐστιν ἐν τοῖς τῶν πολέμων καιροῖς ἡ τοῦ συμφέροντος εὕρεσις. Τὸ σοὶ συμφέρον τοῖς πολεμίοις ἐστὶν ἀσύμφορον· καὶ ὃ παρ' ἐκείνοις ὠφέλιμον, τοῦτο τοῖς σοῖς ἐναντιοῦσθαι φιλεῖ· οὐδὲν τοίνυν κατὰ τὴν ἐκείνων γνώμην ἢ ποιεῖν ἢ παραιτεῖσθαι συμφέρει ἡμῖν, τοῦτο δὲ μόνον πράττειν, ὅπερ τοῖς ἡμετέροις χρήσιμον εἶναι νομίζομεν· εἰ γάρ, ἅπερ ἐκεῖνος ὑπὲρ ἑαυτοῦ πράττει, ταῦτα σὺ μιμήσῃ, σαυτὸν ἀδικεῖς, ὥσπερ καὶ τὸ ἀνάπαλιν[·] εἴ τι σὺ πράττεις συμφέρον σαυτῷ, τοῦτο βλάψει τὸν πολέμιον τὰ σὰ μιμεῖσθαι βουλόμενον.* Quae secuntur a nostris regulis prorsus discrepant" Lang in app. crit. 26,1 mil. III 6,31; 8,2; 9,6; 22,12; IV 7,4

1310 REGVLA …GENERALIS **D** **1311** In–est *om* **εbcf** *Col. super adscr.* $\mathbf{B}^2$ expeditionibus $\mathbf{P}^c$ (-is $\mathbf{P}^1$) condicio talis] conditionalis **S** **1312** prode est $\mathbf{A}^1\mathbf{B}^1\mathbf{C}$ *corr.* $\mathbf{A}^c\mathbf{B}^c$ aduersarium **εbcf** *Lang* -io **πadeg** *Col. v Scriu. cfr* noceantur *IV Cap. et tit. IV Andersson 45 H–Sz 33 obserues uelim chiasmum (dat.-acc.-acc.-dat.) de quo cfr Andersson 126; 133; 160 sqq. exemplis ab eo allatis addantur e. g. quae II 3,1; III 1,11; 6,2; 10,2; 20,21; 26,36 inueniuntur* **1313** adiuuat] iuuat **π** **1314** aut] uel **πTade**

esse incipis, si imiteris quod fecit ille pro se, et rursum quicquid pro tua parte temptaueris contra illum erit, si uoluerit imitari.

2 In bello qui plus in agrariis uigilauerit, plus in exercendo milite laborauerit, minus periculum sustinebit.

3 Numquam miles in acie producendus est, cuius antea experimenta non ceperis.

4 Aut inopia aut superuentibus aut terrore melius est hostem domare quam proelio, in quo amplius solet fortuna potestatis habere quam uirtus.

5 Nulla consilia meliora sunt nisi illa, quae ignorauerit aduersarius, antequam facias.

6 Occasio in bello amplius solet iuuare quam uirtus.

7 In sollicitandis suscipiendisque hostibus, si cum fide ueniant, magna fiducia est, quia aduersarium amplius frangunt transfugae quam perempti.

ABCDGHLMPQRSTV

26,2 mil. II 19,3; III 11,2 26,3 mil. III 10,5 sqq. 26,4 mil. III 3,1; 12; 6,31 sq.; 9,3; 8; 22,11 sqq.; 25,6 sq.; 26,32 (q. u.) cfr Caes. Gall. VI 30,2; 35,2; ciu. III 10,6; Liu. IX 17,3 26,5 mil. III 6,8 sqq. 26,6 mil. IV 45,3; cfr IV 31,6

1316 incipis **T**^{c} (-it **T**^{1}) **cd** *Col. edd.* (*cfr σαυτὸν ἀδικεῖς app. fontium*) -it *rell.* **1319/20** In bello–sustinebit *om.* **LQ** *litt. maiusculis pro titulo noui capitis exararunt* **ABCGHM** **1321** in aciem **π** **1323** Aut inopia] Potes (*in ras.* **R**) inopia **LQR** aut inopia aut superuentibus aut inopia aut terrore **P**^{1} aut inopia *prius exp.* potes *super adscr.* **P**^{2} aut terrore. Melius est **π** est *om.* **BCGHLMQ** hostem] fortem **δa** **1324** domare **εR**^{c} **Tbcfg** *Col. Mo. Stew. om. We.* fame domare **d** fame (*exp.* **P**^{c}) domari **Pae** fame (-i **R**^{1} *exp.* **R**^{c}) edomari **δ** **1326–1328** Nulla–uirtus *om.* **AHS** *in marg. suppl.* **AS** (*man. 1*) **1326** nisi] quam **LQ** ignorauit **Tg** **1327/28** faciat (-ias **R**^{c}) et occasio (-oni **S**) **DRSV** **1331** empti **L**

Melius est post aciem plura seruare praesidia quam la- 8
tius militem exspargere.

Difficile uincitur qui uere potest de suis et de aduersa- 9
rii copiis iudicare.

Amplius iuuat uirtus quam multitudo. 10

Amplius prodest locus saepe quam uirtus. 11

Paucos uiros fortes natura procreat, bona institutione 12
plures reddit industria.

Exercitus labore proficit, otio consenescit. 13

Numquam ad certamen publicum produxeris militem, 14
nisi cum eum uideris sperare uictoriam.

Subita conterrent hostes, usitata uilescunt. 15

Qui dispersis suis inconsulte sequitur, quam ipse acce- 16
perat aduersario uult dare uictoriam.

Qui frumentum necessariaque non praeparat, uincitur 17
sine ferro.

ABCDGHLMPQRSTV

26,8 mil. III 15,2 26,9 mil. III 9,4 sqq.; 19 26,10 mil. I 1,7; 8,5; III 1,8 26,11 mil. III 13,1 26,12 mil. I 4,2; 6 sqq. 26,13 mil. I 28,6 sqq. cfr III 4,1 sq. 26,14 mil. III 9,14; 12,1 sqq. 26,15 mil. III 6,17 26,16 mil. II 17,4 sq.; III 22,9 26,17 mil. III 1,6; 9,8

1333 expargere **ABCGHMcf** *Col. Stew.* (exsp-) *in comm. Andersson 182* expergere **LQ** spargere **πTadeg** *We. Mo. Scriu. Lang* -em **b** *cfr III 15,2* **1334** uere *om.* **LQ** **1335** uindicare **εV** **1338** *sqq.* institutio plures reddit industrios. Exercitus **T** institutio plures reddit. Exercitus **DSV** institutio plures reddit. Industria exercitus **PR**^{4}**/R** **1342** eum *om.* **D** **1343** uilescunt **δA**^{c}**G**^{c}**PQT** *recc. Col. v Scriu.* uiliscunt **A**^{1}**BCG**^{1} **HM** *Lang* ualescunt **L** **1346** frumenta necessaria **LQ** frumentum necessariumque (-iaque **R**^{c}) commeatum **π** **1347** ferro] ferro et est primus (-os **Q**^{1}) modus (et–modus *in marg.* **P**) **LPQ**^{c}

18 Qui multitudine et uirtute praecedit, quadrata dimicet fronte, qui primus est modus.

19 Qui imparem se iudicat, dextro cornu suo sinistrum cornu pellat inimici, qui secundus est modus.

20 Qui sinistram alam fortissimam habere se nouit, dextram alam hostis inuadat, qui est tertius modus.

21 Qui habet exercitatissimos milites, in utroque cornu pariter proelium debet incipere, qui quartus est modus.

22 Qui leuem armaturam optimam regit, utramque alam hostis inuadat ferentariis ante aciem constitutis, qui quintus est modus.

23 Qui nec numero militum nec uirtute confidit, si depugnaturus est, de dextra sua sinistram alam hostium pulset reliquis suis porrectis in similitudinem ueri, qui sextus est modus.

24 Qui pauciores infirmioresque habere se nouit, septimo modo ex uno latere aut montem aut ciuitatem aut mare

ABCDGHLMPQRSTV

26,18 mil. I 26,2 sq.; III 20,1 26,19 mil. III 20,7; 19 26,20 mil. III 20,12; 14 26,21 mil. III 20,15 sq. 26,22 mil. III 20,15; 18 sq. 26,23 mil. III 20,20 sq. 26,24 mil. III 20,24 sq.

1349 primus] secundus (*in ras.* **P**) **LPQ** **1350/51** Qui–secundus est modus *om.* **ε** **1350** in partem **P** sinistro **P** **1352–53** *partim in marg.* **P** Qui sinistram alam hostes (-is $\mathbf{R}^c$) inuadat (-et **V**) qui est tertius modus $\mathbf{R}^1$**V** fortissimam–dextram alam *in marg. suppl.* $\mathbf{R}^2$ Qui sinistram alam suam hostes inuadat qui est tertius modus **D** uel sinistram alam hostis inuadat qui est tertius modus **S** **1355** pariter] par **δ** *corr.* $\mathbf{R}^2$ **1356** leuam **L** optime **P** regit] gerit **LQ** **1357** ferentariis] et (*om.* **Q**) ferentarii **LQ** constituti sint $\mathbf{LQ}^c$ (sunt $\mathbf{Q}^1$) **1360** dextera **PV** **1361** similitudine **δ** ueru $\mathbf{Q}^c$ (-i $\mathbf{Q}^1$) **d** *Col. v Scriu.* feru **g** verum **b** muri **D**

aut fluuium aut aliquod debet habere subsidium.

Qui confidit equitatu, aptiora loca quaerat equitibus 25
etrem magis per equites gerat.

Qui confidit pedestribus copiis, aptiora loca peditibus- 26
quaerat et rem magis per pedites gerat.

Cum explorator hostium latenter oberrat in castris, om- 27
nes ad tentoria sua per diem redire iubeantur, et statim
deprehenditur explorator.

Cum consilium tuum cognoueris aduersariis prodi- 28
tum,dispositionem mutare te conuenit.

Quid fieri debeat, tractato cum multis, quid uero factu- 29
rus sis, cum paucissimis ac fidelissimis uel potius ipse te-
cum.

Milites timor et poena in sedibus corrigit, in expedi- 30
tione spes ac praemia faciunt meliores.

ABCDGHLMPQRSTV

26,25 mil. II 1,4; III 9,7 26,26 mil. II 1,4 sq.; III 9,7 26,27 cfr mil. III 6,10 sqq. 26,29 mil. III 6,5; 9,4; 19; 6,8 sq. 26,30 mil. III 10,6; 19 sqq.; II 7,10; III 4,6; 12,3

1365 aut aliquid T uel aliquod L aliquod **ABCGHMQS**^{c} (-quem **S**^{1}) subsidium *om.* **δ** *suppl.* **R**^{2}**S**^{2} **1366** confidet **M** aequitatum **M** e-ui **P**^{c}**TQ**^{1} (-u **P**^{1}**Q**^{c}) per equitatum **L** **1366** quaerat–**1368** loca *om.* **T** **1367** equites–**1369** per *om.* **ε** **1367** equites] pedites **P** **1370** latenter–omnes (–**1371** ad **D**) *om.* **DRV** *in marg. suppl.* **R**^{2} oberrat–omnes *om.* **S** **1371** ad] a **V** tentoria sua] centurias suas **T** iubebantur **A**^{1}**B** **C**^{1}**GHM** *corr.* **A**^{c}**C**^{c} iubentur **LQ** et *om.* **LQ** **1374** te *om.* **δ** **1375** tracta **δTdg** -atur **Qf** -etur **L** *cfr Oennerfors (1989) 135, ann. 9* **1376** ac] uel **πade** fidissimis **πTa** **1378** *sq.* expeditionibus **π** spes ad pr(a)elia **LQ**

31 Boni duces publico certamine numquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt.

32 Magna dispositio est hostem fame magis urgere quam ferro.

33 Quo genere depugnaturus sis, nesciant hostes, ne aliquibus remediis obsistere moliantur.

34 De equitatu sunt multa praecepta; sed cum haec pars militiae usu exercitii, armorum genere, equorum nobilitate profecerit, ex libris nihil arbitror colligendum, cum praesens doctrina sufficiat.

35 Digesta sunt, imperator inuicte, quae nobilissimi auc-
tores diuersis probata temporibus per experimentorum fi-
36 dem memoriae prodiderunt, ut ad peritiam sagittandi,
quam in serenitate tua Persa miratur, ad equitandi scien-
tiam uel decorem, quae Hunnorum Alanorumque natio

ABCDGHLMPQRSTV

26,31 mil. III 9,3; 18 26,32 Liu. perioch. 57 fin.; Frontin. strat. IV 7,1 cfr ad mil. III 26,4; Bendz (1938) 83 sqq. 26,33 cfr III 6,8; 20,15 26,36 sq. Plin. paneg. 13,1 sq.; 14,3 sq.; 15,4; cfr Paneg. XII 11,4; 22,3; 4

1382 urguere ε (-gere $A^{c}C^{c}$) *Lang* **1384** *sqq. Comma* 33um *ante* 34um *soli* **Tg**, *rell. uersa uice ponunt; primus transposuit Lang* **1384** Quod **T** **1387** usum A^{1}**BCGHLM** *corr.* A^{c} exercitio **T** -itui ε *corr.* $A^{c}Q^{c}$ genere et equorum π **1391** probata] *om.* **DV** -to **LQ** pro utilitate **S** temporibus] temporibus exercitio **LQ** **1391** *sq.* fidem] pedem δ *corr.* R^{c} sagittandi] satagendi **LQ** **1394** quae *om.* $LP^{1}Q$ *add.* P^{c} quam $B^{c}GHR^{2}$ (q; B^{1} quę R^{1}) hunnorum **T** hunorum (-orem L^{1}) $\pi C^{c}G^{c}L^{c}Q$ unorum $ABC^{1}G^{1}HM$ halanorumque δ

uelit imitari, si possit, ad currendi uelocitatem, quam Sa- 37
racenus Indusque non aequat, ad armaturae exercitatio-
nem, cuius campidoctores uel pro parte exempla intel-
lexisse gaudent, regula proeliandi, immo uincendi 38
artificium iungeretur, quatenus uirtute pariter ac disposi-
tione mirabilis rei publicae tuae et imperatoris officium
exhiberes et militis.

ABCDGHLMPQRSTV

26,38 Plin. paneg. 13,1 sq.

1395 *sq.* uelit ... possit] uellet ... posset **π** imitari non possit **A**^{c} (*et* uelit *et* si *del. ut uid.*) saracenus **PRTV** sarra- (-os L) **εDS** exercitium **LQ** **1398** regula] Regulam **AH** nunc Regula **L** Nunc regula **Q** nunc *add.* **P**^{c} **1399** iniungeretur **T** iungatur **Q** (*in ras.*) *Mo. Stew.* -itur **L** ingeratur **π** *We.* quatinus **π** **1400** rei .p. **S** **1401** exhiberes **T** *Lang* -hibeas **ce** *Col. v Scriu.* -hibebis **ABGHLMPQb** -hibetis **Cf** -hibueris **DRVadg** exhibuberis **S** militum **Tg** FLAUII UEGATI (-ETI **B**^{c}**G**) RENATI UIRI (UIRILI **A**) INLUSTRIS LIBER III EXPƚ INCIPIT LIBER QUARTUS INCIPIUNT (-CIP̄ **A**) CAPITULA **AB**^{1}**CG** FLAUII UEGETI (-ATI **M**^{1}) RENATI UIRI INƚ LIB III EXPLICIT (EXPƚ **L** EXPLC **Q**) INCIPIT (-CIP̄) LIB̄ IIII INCIPIUNT (-CIPIT̄ **L**) CAPITULA (CAPƚ **L**) LIBRI QUARTI **LM**^{c}**Q** EXPLICIT LIBER TERTIVS (III **DS**) INCIPIT LIBER QVARTVS (IIII) FL(AVII) VEG(ETII uegati **S**) REN(ATI) (*om.* **S**) VIRI (V̄ **D** VIRE **V**) ILL(VSTRIS) (INLVST̄ **R**) EPITOMA (EPY- **V**) INSTITVTORVM REI MILITARIS AD THEODOSIVM IMPERATOREM (AD–IMPERATOREM *om.* **DRS**) FELICITER **δ** Explicit liber tertius Incipit liber quartus Item capitula libri quarti **T** *similiter sed breuius fere recc. et subscriptione libri tertii et inscriptione quarti caret* **P** **H** *l.n.p. Comma q.e.* Agrestem–condantur (= IV *Prol. u. 71–97*) *post* militis *III 26,38* (= *u. 1401*) *ponunt* **Pae** *post* EXPLICIT ... INCIPIT ... FELICITER (*cfr supra*) **δd**

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI QVARTI

I. Ciuitates aut natura aut opere debere muniri.
II. Non directos sed angulosos muros faciendos.
III. Quemadmodum muris e terra iungatur adgestus.
IIII. De cataractis et portis, ne noceantur ab ignibus.
V. De fossis faciendis.
VI. Ne sagittis hostium homines laedantur in muro.
VII. Quibus modis prouidendum sit, ne famem patiantur obsessi.
VIII. Quae species praeparandae sint pro defensione murorum.

ABCDGHLMPQRSTV

1 INCIPIVNT–QVARTI (INCIPIVNT CAP̄ **D**) *et titulos cap. Isqq. post* condantur (= *u. 97*) *ponunt* **π** *'Capitulatio' q. u. deest in* **e** *v Scriu.* 2 Ciuitatem **Q** -is **V** munire **D** 3 angulos **SQ**^{1} *corr.* **Q**^{c} articulosos **DR**^{1} *corr.* **R**^{2} faciundos *ex* -end- **R**^{c} 4 murus **RSV** -os **D** & terra iungantur (terra iungatur **P**^{c}) egesta **P**^{1} &erra iungatur egesta **V** et terra iungatur abiectas **S** et terrae iungantur **D** (adgestus *om.*) adgestus] agg- **AT** adiectus **R**^{1} *corr.* **R**^{c} 6 catactis **P**^{1} catafractis **εP**^{c}**T** *corr.* **B**^{c}**H**^{c} igni **PV** -e **S** *cfr Koskenniemi 152 sqq.* *pro tit. cap. IIII* Ne portae a subiectis ignibus exurantur **D** 9 *sq.* homines–muro] cedatur in muro **T** 11 ne] si **DR**^{1} *corr.* **R**^{2}

ABCDGHLM(– u. 18)PQ(– u. 18)RSTV

15 defecerit **T** 19 *tituli cap. XI–XLVI desunt in* **MQ** Si sales defuerint **DG**[c]**PRTV** Si sal (salis **ABC**[1]) defuerit **ABC**[c]**L** copia *add.* **A** Salis defuerit **G**[1] Si salus **H** Si sales defiunt **S** *cfr IV 11, tit.* 21 murum **DT** 22 machinorum **AC** muri] modis **DS** oppugnentur **DRS** oppugnatur (obp- **C**) **AC** 24 falce et testudine **π** 26 musclis **T** 33 tollennone (tollen nonne **L**[1]) **ABC**(?)**GHL**[c] tollenone **δ** tolenone **T** telenone **P**

XXII. De ballistis onagris scorpionibus arcuballistis fustibalis fundis, per quae tormenta defenditur murus.
XXIII. Aduersum arietes prosunt culcitae laquei lupi columnae grauiores.
XXIIII. De cuniculis, per quos aut murus defoditur aut ciuitas penetratur.
XXV. Quid facere debeant oppidani, si hostes inruperint ciuitatem.
XXVI. Quae sit adhibenda cautela, ne hostes furtim occupent murum.
XXVII. Quando oppidanis inferantur insidiae.
XXVIII. Quid faciant obsidentes, ne ab oppidanis patiantur insidias.
XXVIIII. Quo genere tormentorum ciuitas defendatur.
XXX. Quemadmodum mensura colligatur ad scalas uel machinas faciendas.
XXXI. Praecepta belli naualis.
XXXII. Nomina iudicum, qui praeerant classi.
XXXIII. Vnde appellentur liburnae.
XXXIIII. Qua diligentia fabricentur liburnae.
XXXV. Qua obseruatione sit caedenda materies.
XXXVI. Quo mense caedendae sint trabes.

ABCD(– u. 50)GHLPR(– u. 50)STV

35 fustibalis–**36** murus *om.* **V** fustibalis] fustibus **D**R^{1}**S** *corr.* R^{2} **35** *sq.* defenditur murus] dependitur murorum **S** **37** Aduersus **T** **39** murus] murus grauior **S** defoditur] deponitur **δT** **45** Quando] Quomodo **P** **46** faciunt **T** XXXI Praecepta – *u. 69* committitur *om.* **D** *perierunt in* **R** **52** iudicium T^{1} *corr.* T^{c} classibus **PSV** **53** appellantur (apell- **GH**) **ABCGHLPS** **56** sunt **LP**

XXXVII. De modo liburnarum.
XXXVIII. Nomina uentorum et numerus.
XXXVIIII. Quibus mensibus tutius nauigetur.
XL. Quemadmodum tempestatum obseruanda sint signa.
XLI. De prognosticis.
XLII. De aestuariis, hoc est de r⟨h⟩eumate.
XLIII. De locorum notitia siue remigibus.
XLIIII. De telis tormentisque naualibus.
XLV. Quemadmodum nauali bello collocentur insidiae.
XLVI. Quid fiat, cum aperto Marte bellum nauale committitur.

ABCGHLPQSTV (– u. 59)

58 et numerus *om.* **ABCGH** **59 H** *usque ad u. 65 l.n.p.* nauigetur. EXPLICIVNT CAPITVLA INCIPIT LIBER QVARTVS FELICITER. I CIVITATES AVT NATVRA *eqs.* XL Quemadmodum – *u. 69* committitur *om.* **V** **62** pronosticis **ABCG** (**H** *l.n.p.*) *cfr u. 761* **63** rheumate *Lang* reu- **αβ** **64** siue de remigibus **P** **65** telis] pilis **Tg** te *super adscr.* **g** naualibus **Sdg** *Col. Lang*^{2} alias muralibus *add.* **g** mirabilibus **abf** muralibus *rell. Lang*^{1} *cfr capitis tit. u. 807* **66** nabali (-ualis **A**^{c}) belli **A**^{1} nauali (-ili- **C**) belli **BCGH** **68** Quid faciat **PT** Quid faciendum **S** **68** *sq.* cum aperte bellum adinstat. Incipit liber .IIII. feliciter **S** *post* committitur **BGH** *tit. primum* (CIVITATES–MVNIRI) *litt. maiusculis rep.* *Prologo praemittunt* EXPLICIVNT CAPITVLA INCIPIT LIBER IIII **L** Incipit prefatio **T**

⟨LIBRI IIII PROLOGVS⟩

1 Agrestem incultamque hominum in initio saeculi uitam a
communione mutorum animalium uel ferarum urbium
constitutio prima discreuit. In his nomen rei publicae pe-
2 perit communis utilitas. Ideo potentissimae nationes ac
principes consecrati nullam maiorem gloriam putauerunt
quam aut fundare nouas ciuitates aut ab aliis conditas in
3 nomen suum sub quadam amplificatione transferre. In
quo opere clementia serenitatis tuae obtinet palmam. Ab
illis enim uel paucae uel singulae, a pietate tua innume-
rabiles urbes ita iugi labore perfectae sunt, ut non tam
humana manu conditae quam diuino nutu uideantur ena-

ABCD(a u. 71)**GHLM**(a u. 71)**PQR**(a u. 71)**STV**(a u. 71)

Prol. 1 Cic. Sest. 91 sq.; inu. 1,2; Hor. ars 391 sqq. prol. 2 Hist. Aug. Hadr. 20,4; Comm. Ant. 8,6; 9; Amm. XXVII 3,7 prol. 3 sq. de 'clementia', 'pietate', 'indulgentia', ceteris panegyristarum blanditiis tam contritis cfr Oennerfors (1993) ann. 30 et 32

71 *sqq.* Agrestem *eqs.: u. post* EXPLICIT *libri III* **71** in *om.* **δHP**^{1} *add.* **P**^{c} **72** communitione **ABCG**^{1}**H** *corr.* **G**^{c} mutorum (mult- **C**^{1}) **εTbcefg**^{c} (mult- **g**^{1}) **R**^{4} *Col. We. Lang* muto **R**^{3} *infra l.* mortuorum **πa** *corr.* **S**^{c} brutorum **d** *Mo. Stew. Scriu.* **73** discreuit] describit **ABC**^{1}**GHM** *corr.* **C**^{c} (*man. saec. XV*) rei .p. **S** peperit **δTde** *v Scriu.* rep(p)- *rell.* repperit *Lang* **76** quam ut **RV** **79** illis] aliis **π** *v Scriu.* **81** *sq.* enatae **RSTVae** *Stew. Lang*^{1} *(clausulam q.u. I obserues uelim) om.* **D** *cfr Manil. 4,27* emate **C**^{2} innate **d** nate **A** (*duabus ante* n *litt. eras.*) *Lang*^{2} (-ae) renate **P** hanatae **C**^{1}**M** ham- *Col.* Ha *cum ras.* **c** ornatę **LQbf** peractae (-ę -e; perac *in ras.* **B**) **BGHg** paratae *We. Mo. Scriu.* cunctos] cunctos itaque **LQ**

tae. Cunctos imperatores felicitate moderatione castimo- 4
nia, exemplis indulgentiae, studiorum amore praecedis.
Regni animique tui bona cernimus et tenemus quae anti- 5
cipare et superior optauit aetas et extendi in perpetuum
uentura desiderat. Quibus rebus tantum uniuerso orbi 6
praestitum gratulamur, quantum uel humana mens petere
uel gratia potuit diuina conferre. Sed dispositionibus ue- 7
strae clementiae quantum profecerit murorum elaborata
constructio, Roma documentum est, quae salutem
ciuium Capitolinae arcis defensione seruauit, ut glorio-
sius postea totius orbis possideret imperium. Ad comple- 8

ABCDF(a u. 87 uel humana)GHLMPQRSTV

82 *sq.* castimonia **bdefg***Col. quoque edd.* -i(a)e **πa** -iam **c** exemplis **πTadeg** *We. Lang* -i **M***Col.* -o **ABCGHLQbf** -a **c** indulgenti(a)e **εbcfR**^{4} *Col. Lang* -ia **πTadeg** *We.* indulgentiae exemplo *Mo. Stew. Scriu.* **84** et tenemus quae **S**^{1} *quoque* et tenemus. Haec enim **S**^{2} etenim usque **ABCGHM** haec enim **LQ** **85** optare (-auit **R**^{2}) aetas extendi **DRV** aetas extendi **S** optauit *super adscr.* **S**^{2} in perpetuo **ε** **87** praestitum] concessum prestitum **LQ** gratulamur] gratulamur donum **LQ** donum *super adscr.* **R**^{3} honorem *in marg. add.* **P**^{2} *cfr Stew. in comm.* gratulamur bonum *We. Mo.* donum, honorem, bonum *respuunt Stew. Scriu. Lang* uel] *in hac uoce denuo accedit* **F** **88** dispositionis **DSV** **89** clementiae *om.* **DSV** *hic particula* **R** *cod. periit discernitur* onib; *a* **R**^{3} *super adscr.* profecerit **B**^{c}**GTb cfg** *edd.* -ficerit **AB**^{1}**CHLMQd** -ficit *Col.* profuerit *rell.* **g** *supra add. cfr u. 230* elabora **AMT**^{1} -at **T**^{c} **90** documentu **M** -o **T** **91** capitolin(a)e **FG**^{c}**PQR**^{2}**S**^{2} -ulinę (-e) **ABCG**^{1}**H LM** capitolina **T** capitula **S**^{1} capitolii (-li **R**^{1}) **DR**^{1}**V** arcis **FL PR**^{2} archis **ABCGHMQS**^{2} arx **T** martis **δ** seruabit **AB**^{1}**MT** *corr.* **B**^{c} **92** possiderit **AB**^{1}**CFHLMPQ**^{1} -et **Q**^{c} possederit **B**^{c}**G**

mentum igitur operis maiestatis uestrae praeceptione suscepti rationes, quibus uel nostrae ciuitates defendendae sint uel hostium subruendae, ex diuersis auctoribus in ordine digeram, nec laboris pigebit, cum omnibus profutura condantur.

I CIVITATES AVT NATVRA AVT OPERE DEBERE MVNIRI

1 Vrbes atque castella aut natura muniuntur aut manu aut
utroque, quod firmius ducitur; natura aut locorum edito
uel abrupto aut circumfuso mari siue paludibus uel flu-
2 minibus; manu fossis ac muro. In illo naturali beneficio
tutissimum eligentis consilium, in plano quaeritur fun-
3 dantis industria. Videmus antiquissimas ciuitates ita in
campis patentibus constitutas, ut deficiente auxilio locorum arte tamen et opere redderentur inuictae.

ABCDFGHLMPQR(– u. 97 condantur)STV

IV 1,1 Plaut. Bacch. 925 sqq.; Persa 553 sqq.; Caes. Gall. I 38,4 sqq.; Liu. XXXIIII 29,5

95 sunt **DFPRV** ordinem **LQST** *edd.* (-e *L.*^{1}) **96** dirigam **R**^{1}**V** *corr.* **R**^{2} dirigamus **D** nec–condantur *om.* **S**^{1} *in marg. suppl.* **S**^{2} **98** I.CIVITATES–MVRIS *u. 116 perierunt in* **R** MVNIRE **D** **101** editu π *corr.* **S**^{c} **102** uel] aut **D** abrupta **S**^{1} *corr.* **S**^{c} -ruptu **D** -ructu **V** **103** muro] muris **A**^{c}**B**^{c}**C**^{c}**GH** -os **A**^{1}**B**^{1}**C**^{1}**M** In illo] si nullo **LQ** sine ullo **FP** **104** tutissimum … consilium **C**^{c}**cde** *Col. We. Stew. Scriu.* -mo … -io **FPf** *Mo.* -mo … -ium *rell. Lang* fundatis **HPQ** funditas L

II NON DIRECTOS SED ANGVLOSOS MVROS FACIENDOS

Ambitum muri directum ueteres ducere noluerunt, ne ad 1
ictus arietum esset expositus, sed sinuosis anfractibus,
iactis fundamentis, clausere urbes, crebrioresque turres in
ipsis angulis ediderunt propterea, quia, si quis ad murum 2
tali ordinatione constructum uel scalas uel machinas uo-
luerit admouere, non solum a fronte sed etiam a lateribus
et prope a tergo uelut in sinu circumclusus opprimitur.

III QVEMADMODVM MVRIS E TERRA IVNGATVR ADGESTVS

Murus autem ut numquam possit elidi, hac ratione perfi- 1
citur. Interuallo uicenum pedum interposito duo intrinse-
cus parietes fabricantur. Deinde terra, quae de fossis fue- 2

ABCDFGHLMPQR(a u. **116** E TERRA)STV

2,2 Vitr. 5,2

108 ARTICVLOSOS **D** *cfr u. 3* **109** duci **DFP** uoluerunt **D** **110** esse **GM** expositus] dis- **AM** dispositum **LQ** -os **G** acfractibus **MQ**^{1} *corr.* **Q**^{c} **112** ediderunt **c** *Col. v Scriu.* tradiderunt **D** reddiderunt *rell.* **abdefg** *quoque Lang* **115** uelut **adeg** *quoque Lang* ueluti **εbcf** *Col. v Scriu.* in sinum **FP** circumclausus **DSV** circum elusus **LQ** obprimitur **BCG** *Lang* obponitur **H** **116** MVRVS **Q**^{c} (-IS **Q**^{1}) MVRVS ET (E **V**) TERRA **DSV** E TERRA (MVRIS *deest*) **R** *his uocibus denuo accedens* **117** ADGESTVS] EGESTA **FPR**^{1} (*exp.* **R**^{2}) **SV** aggestus *super adscr.* **R**^{2} *om.* **D** **118** Muro **Q** elidi *om.* **S**^{1} *in marg. add.* **S**^{2} deleri **DR**^{1}**V** *corr.* **R**^{2} **119** Interuallum **LMQ** bicenum **T** uicinum **LMQ** uicenorum **D** pedum *om.* **LQ** plenum pedum **A**^{1}**BC**^{1}**P**^{1} plenum *del./exp.* **A**^{c}**C**^{c}**P**^{c} interpositum **LQ** **120** Deinde] sed inde **δ** *corr.* **R**^{c} de] *om.* **DR**^{1}**V** *add.* **R**^{c} in **S**

rit egesta, inter illos mittitur uectibusque densatur, ita ut
a muro primus paries pro rata inferior, secundus longe
minor ducatur, ut de plano ciuitatis ad similitudinem gra-
duum quasi cliuo molli usque ad propugnacula possit
3 ascendi, quia nec murus ullis potest arietibus rumpi,
quem terra confirmat, et quouis casu destructis lapidibus
ea, quae inter parietes densata fuerat, ad muri uicem in-
gruentibus moles obsistit.

IIII DE CATARACTIS ET PORTIS NE NOCEANTVR AB IGNIBVS

1 Cauetur praeterea, ne portae subiectis ignibus exurantur.
Propter quod sunt coriis ac ferro tegendae; sed amplius
prodest, quod inuenit antiquitas, ut ante portam addatur
propugnaculum, in cuius ingressu ponitur cataracta, quae
anulis ferreis ac funibus pendet, ut, si hostes intrauerint,
2 demissa eadem extinguantur inclusi. Ita tamen supra por-

ABCDFGHLMPQRSTV

4,1 Caes. Gall. VII 11,8; Liu. XXVII 28,10 sq. 4,2 Vitr. X 13,6

121 defensatur $\mathbf{R^1S^1V}$ *corr.* $\mathbf{R^cS^c}$ ita–**125** ascendi *Gemollio obsecutus uncis secl. Lang* **122** pro rata] $\mathbf{R^1}$ *l. n. p.* pro rota parte **S** parte $\mathbf{LPQR^2}$ (*in marg. postea obl.;* pro parte $\mathbf{R^4}$) prolatus **T** prolatus parte **F** **124** cliuo (-bo $\mathbf{A^1CQ}$) molliusque (mollius que) **εDFT** **125** ullus $\mathbf{DM^1}$ *corr.* $\mathbf{M^c}$ illis **PT** **126** distructis $\mathbf{BCGH^cLMQ}$ -us $\mathbf{A^1}$ *corr.* $\mathbf{A^c}$ districtos $\mathbf{H^1}$ **127** fuerit **εFP** -int **D** ad uicem muri **R** *cfr III u. 828* **129** CATAFRACTIS $\mathbf{AB^1CFLMPQS}$ *corr.* $\mathbf{B^c}$ CARACTIS **H** **130** IGNI **V** igne **S** *cfr u. 6/7* **D** *hunc tit. tradit:* NE PORTAE A SVBIECTIS IGNIBVS EXVRANTVR *cfr ad u. 6* **134** cataracte **T** catafracta (-phr- **F**) **FLQ**

tam murus est ordinandus, ut accipiat foramina, per quae de superiore parte effusa aqua subiectum restinguat incendium.

V DE FOSSIS FACIENDIS

Fossae autem ante urbes latissimae altissimaeque facien- 1
dae sunt, ut nec facile possint coaequari replerique ab obsidentibus et, cum aquis coeperint redundare, ab aduer-
sario cuniculum continuari minime patiantur. Nam du- 2
plici modo opus subterraneum peragi, earum altitudine et inundatione, prohibetur.

VI NE SAGITTIS HOSTIVM HOMINES LAEDANTVR IN MVRO

Formidatur, ne multitudo sagittariorum de propugnaculis 1
exterritis defensoribus appositisque scalis occupet murum. Aduersum quod catafractas uel scuta in ciuitatibus
debent habere quam plurimi. Deinde per propugnacula 2
duplicia saga ciliciaque tenduntur impetumque excipiunt

ABCDFGHLMPQRSTV

6,2 mil. IV 14,1; 15,4; Caes. ciu. II 9,4 sq.; Amm. XXIV 2,10; cfr Vitr. X 16,4

138 restingat **D** retinguat A^1**B**C^1G^1**H** *corr.* $A^2C^cG^c$ restringuat **M** **141** latissimaeque **ABCGHM** altissimaeque *om.* εP^1 *add.* P^2 **143** redundari **FGHLPQ** renundare **M** **150** adpositisque **BCGHLMPQ** *Lang* **151** Aduersus **T** uel] atque **δ** *v Scriu.* **153** ciliciaque **DSTVab**R^4 *edd.* cilicia **g** liciaque **ecef***Col.* ciliaque **d** cilicina (*in l. er.* **P**) **FP** impetumque] quae impetum **FLPQ**

sagittarum. Neque enim facile transeunt spicula quod ce-
3 dit ac fluctuat. Inuentum quoque remedium est, ut de li-
gno crates facerent, quas metallas uocauerunt, lapidibus-
que complerent, ea arte inter bina propugnacula
constitutas, ut, si super scalas ascendisset hostis et partem
aliquam ipsius contigisset, supra caput suum uergeret
saxa.

VII QVIBVS MODIS PROVIDENDVM SIT NE FAMEM PATIANTVR OBSESSI

1 Multa defensionum obpugnationumque sunt genera,
2 quae locis conpetentibus inseremus. Nunc sciendum est
obsidendi duas esse species, unam, cum aduersarius
oportunis locis praesidiis ordinatis continuis insultibus

ABCDFGHLMPQRSTV

7,2 Caes. Gall. VIII 40–43; ciu. I 84,4; III 100,2; Bell. Alex. 5,3; 61,2

156 metallas **abdefg** *quoque Lang* metalles **H** netallas $\mathbf{G}^c$ (*ex* me-) metellas **T** *v Scriu. W–H II 81 cfr TLL 8, 869,53 sqq.* metillas **c** -ilas *Col.* metcellas **L** mactalas **D** maillas **C** uocauerunt $\mathbf{L}^c$ *quoque* -auerant $\mathbf{L}^1$ -arent **H** **157** conplerent **MQV** **158** constituas $\mathbf{A}^1$**BGHMP**^{1}**Q** *corr.* $\mathbf{A}^c\mathbf{P}^c$ constituta **T** -i **L** -es **C** super $\mathbf{Q}^2$ **bcf***Col.* *quoque* per **DHQ**^{1}**RTVadeg** *edd.* **159** supra] super **δ** **162** NE] SI **D** **163** oppugnationumque **FPQRT** -antiumque **D** obpugnancium **S** **164** competentibus **DFPRST** **165** species esse. Vna **δT** **166/67** continuis–cum **d** *We. Mo.* (*sed* impugnat *v Scriu.*) *uncis Stew. Scriu. incl. in app. crit. relegat Lang om. rell. codd. "Inclusa adulterina esse libri clamant, sententia autem reclamat" Stew. in marg.*

oppugnat obsessos, alteram, cum uel aqua prohibet inclu-
sos uel deditionem sperat a fame, quando omnes prohi-
buerit commeatus. Hoc enim consilio ipse otiosus ac tu- 3
tus fatigat inimicum. Ad quos casus possessores quamuis 4
leui suspicione pulsati omnem alimoniam uictus intra
muros debent studiosissime collocare, ut ipsis exuberet
substantia, aduersarios inopia cogat abscedere. Non so- 5
lum autem porcinum sed et omne animalium genus,
quod inclusum seruari non potest, deputari oportet ad la-
ridum, ut adminiculo carnis frumenta sufficiant. Aues 5
autem cohortales et sine inpensa in ciuitatibus nutriuntur
et propter aegrotantes sunt necessariae. Pabula equis 6
praecipue congerenda et quae adportari nequiuerint exu-
renda, uini, aceti ceterarumque frugum uel pomorum con-

ABCDFGHLMPQRSTV

7,3 mil. III 3,3; 6; Caes. Gall. VI 10,2 7,4 mil. III 3,3 7,6 Caes. Gall. VII 14,5 sq.; 55,7 sqq.; 64,3; Bell. Afr. 43,1; Liu. XXXI 30,2; Amm. XVI 11,12; XXV 2,1

167 inclusos–**169** otiosus *om.* **T** **167** *sq.* inclausos **DRV** deditionem sperat a] deditione sperata **AFM** dedicatione sperata **P** fame] aut fame **F** **171** leui–omnem] leui suspicio … (*periere 9 litt.*) omnem **R** leuis suspitione pulsatione **P** *corr.* **P**^{c} leuis suspitionem pulsationem **A**^{1}**C**^{1} (*uel* pulsationi *fort.* **C**^{1}) **M** *corr.* **A**^{c} leuis suspitionis (-ci- **G**) pulsationem **BGH** leuis suspitio sit pulsationis **C**^{2}**LQ**^{c} (**Q**^{1} *l. n. p.*) leui pulsatione pulsati **F** **172** conlocare **R** **174** porcinum] portionum **V** pastionum portionum **S** sed omne **δT** **175** potest] poterit **δ** laritum **S**^{1}**V** lardum **DFS**^{c} **177** impensa **FRST** **178** pabula equis] sunt *add.* **FP** pabulae quis **A**^{1}**C**^{1}**M** *corr.* **A**^{c} pabula (-i **H**) quis (pabulaequis **B**^{1}) **B**^{c}**GH** pabulaque sunt **LQ** pabulaque **C**^{c} **179** apportari **AFST** **180** aceti *om.* **δ**

gerendae sunt copiae nihilque, quod usui proficiat, hosti-
7 bus relinquendum. Nam, ut hortorum cura in uiridariis
domorum uel areis exerceatur, utilitatis ac uoluptatis ra-
8 tio persuadet. Parum autem proficit plurimum collegisse,
nisi ab exordio dimensione salubri per idoneos erogatio
9 temperetur: numquam periclitati sunt fame qui frugalita-
10 tem inter copias seruare coeperunt. Inbellis quoque aetas
ac sexus propter necessitatem uictus portis frequenter exclusa est, ne penuria opprimeret armatos, a quibus moenia seruabantur.

VIII QVAE SPECIES PRAEPARANDAE SINT PRO DEFENSIONE MVRORVM

1 Bitumen sulphur picem liquidam oleum, quod incendia-
rium uocant, ad exurendas hostium machinas conuenit
2 praeparari; ad arma facienda ferrum utriusque temperatu-
rae et carbones seruantur in conditis; ligna quoque hasti-

ABCDFGHLMPQRSTV

7,8 Paneg. XII 13,4 7,10 Caes. Gall. VII 78; VIII 14,1 8,1 sq. Caes. Gall. VII 22,5; Amm. XX 7,10; 11,13; 15 fin.; XXIII 6,37 utriusque temperaturae: Plin. nat. 1,34,41; 34,145

181 usui] de suis R^1**SV** *corr.* R^4 suis **D** *om.* **T** **182** uiridariis $A^cS^cTa^1$**cdefg***Col. v Scriu. cfr OLD 2072* uiridiariis **π**a^c**b** uirdiariis (-ris **H**) A^1BC^1G (*in marg. rep.* G^2) **HM** *Lang* uirdiriariis **LQ** uirdariis C^c *cfr Hist. Aug. Hadr. 12,5* **183** ac] aut **π** uoluntatis **D** **186** *sq. post* frugalitatem *18 litt.* (inter–seruare *ut uid.*) *in* **R** *perierunt* copiam **ACLQbc**R^4 *Col. v Scriu.* -ia B^1 (-ias B^c) **M** seruare *om.* **DSV** Imbellis **Q** In bellis **F** **188** fortis **AB**G^1**HLM** foris G^c *super adscr.* B^2 **189** obprimeret **BCFGHP** *Lang* **193** incendiarum **BCG** (*in marg. rep.* G^2) **M** -iorum **H** *cfr u. 360 et 827*

libus sagittisque necessaria reponuntur. Saxa rotunda de 3
fluuiis, quia pro soliditate grauiora sunt et aptiora mitten-
tibus, diligentissime colliguntur; ex quibus muri replen- 4
tur et turres; minima ad fundas siue fustibalos uel mani-
bus iacienda; maiora per onagros diriguntur, maxima
uero pondere formaque uolubili in propugnaculis dige-
runtur, ut demissa per praeceps non solum hostes obruant
subeuntes sed etiam machinamenta confringant. Rotae 5
quoque de lignis uiridibus ingentissimae fabricantur, uel
intercisi ex ualidissimis arboribus cylindri, quas taleas
uocant, ut sint uolubiles, leuigantur, quae per pronum la-
bentia subito impetu bellatores solent quosque deterrere.

ABCDFGHLMPQRSTV

8,4 Amm. XXXI 15,13   8,5 cylindri: cfr Amm. l.l. (hic de partibus columnarum)

199 *sq.* replebuntur **Tg**   ad–fustibalos] ad fundas siue fustibalos **A**^{c} *quoque* ad (*del.* **B**^{c}) funda siue fustibalos (-is **B**^{c}**R**^{c}) **A**^{1}**B**^{1}**MR**^{c} funda siue fustibalis **GH** fundis (-us **P**^{1}) siue fustibalis (-us **P**^{1}) **FP**^{c} *cfr ad I u. 136*   **201** maxima–**202** *sq.* digeruntur *om.* **εTV**   **202** *sq.* digeruntur **FPR** diriguntur **DS**   demissa **DSV** di- **εFPRT**   obruantur **V**   **206** cylindri **R**^{c} *quoque* ci- **DFHPR**^{1}**V** chilindris **LQS** cycli **T**^{1} cy li **T**^{c} galeas **DR**^{1}**V** *corr.* **R**^{c} **207** laeuigantur *edd. sed cfr TLL 7: 2,1197,75 sqq.* leuicantur **M** eligantur **T**   **208** solent quosque deterrere *scripsi* π (-i **D**) **a** *secutus* solent eosque deterrere **T** solent equosque deterrere **P**^{c} *Andersson 167 sq.* solent equos quosque deterrere (deterre **H**) **B**^{c}**GH** solent equos quoque deterere (-errere **f**) **AB**^{1}**CMbcf** equosque solent deterrere **g** equosque deterrere *Col.* solent equosque deserere **d** solent equosque deteri se **e** sternunt equosq. deterere (-terrent **L**^{2}) **L**^{1} sternunt solent equos quoque deterrere (*ex* deterre) **Q** sternunt equosque solent deterrere *v Scriu.* solent deterrere *Lang*^{2} (s.

6 Trabes quoque et tabulata uel diuersae magnitudinis cla-
7 uos ferreos esse oportet in promptu. Nam oppugnantium
machinis per alias machinas consueuit obsisti, praecipue
cum subitis operibus addenda sit muris uel propugnaculis
altitudo, ne aduersariorum mobiles turres superemineant
et capiant ciuitatem.

VIIII QVID FACIENDVM SIT SI NERVORVM DEFVERIT COPIA

1 Neruorum quoque copiam summo studio expedit colligi,
quia onagri uel ballistae ceteraque tormenta nisi funibus
2 neruinis intenta nihil prosunt. Equorum tamen s⟨a⟩etae
de caudis ac iubis ad ballistas utiles asseruntur. Indubita-
tum uero est crines feminarum in eiusmodi tormentis
non minorem habere uirtutem Romanae necessitatis ex-

ABCDFGHLMPQRSTV

deterere *L.*[1]) *ad rem cfr e.g. u. 525 sqq.* quoslibet *supra* quosque *haud indocte interpretatus adscr.* **R**^{4} *u. H–Sz 199* (quisque *plur. i. q.* omnes) *cfr I u. 227* honestiores quique; *I u. 172 sq.* aduersum quoslibet hostes; *mulom. III 8,9* a quibuslibet uenenis (liberat) *de traiectionis figura u. Andersson˙167 quibus multa addi possunt*

210 promtu **LQ** obpugnantium **BCFGHP** *Lang* oppugnandum **T** **217** quoque *om.* **δ** **218** balist(a)e **DFHLMPQST**^{c} (ball- **T**^{1}) **V** ceteraque] citharaeque (-ęq: **V**) **R**^{1}**V** *corr.* **R**^{2} cytharęque **S** **219** saetae *Lang* setae (-ę) **B**^{c}**C**^{c}**DFGLR** *v Scriu.* sete **A**^{c}**P**^{c}**STV** sitae (-ę, -e) **A**^{1}**B**^{1}**C**^{1}**MP**^{1}**Q** sede **H** **220** ac] et **G** balistas **ABCDFHLMPQT** asseruntur **A**^{c} *quoque* ads- **ε** *Lang* asserunt **F** indubitanter **LQ** **221** est] et **ε** *om.* **FP** **222** romana necessitas **D** experimento *om.* **T** -pedimento **V** experimento cognoscitur **FLPQ**

perimento. Nam in obsidione Capitolii corruptis iugi ac 3
longa fatigatione tormentis, cum neruorum copia defecis-
set, matronae abscisos crines uiris suis obtulere pugnanti-
bus, reparatisque machinis aduersariorum impetum rep-
pulerunt. Maluerunt enim pudicissimae feminae defor- 4
mato ad tempus capite libere uiuere cum maritis quam
hostibus integro decore seruire. Cornua quoque uel cruda 5
coria proficit colligi ad catafractas texendas aliaque ma-
chinamenta siue munimina.

X QVID FACIENDVM NE AQVAE INOPIAM PATIANTVR OBSESSI

Magna urbis utilitas est, cum perennes fontes murus in- 1
cludit. Quod si natura non praestat, cuiuslibet altitudinis
effodiendi sunt putei aquarumque haustus funibus extra-
hendi. Sed interdum sicciora sunt loca quae montibus 2

ABCDFGHLMPQRSTV

9,3 Caes. ciu. III 9,3; Flor. epit. I 31,10 cfr funis TLL 6: 1,1595,5 sqq. 9,5 cfr ad mil. IV 14,1; Vitr. X 13,2; 5; 6; 14,3; 16,4 10,1 Bell. Alex. 8–9

225 optulere **DRT** **226** *sq.* repulerunt **PSTV** repulerent **H** **229** Coria (*periit in* **R**) quoque uel (*om.* **D**) cruda corripia (-igia **D** coria $\mathbf{R}^2$ corripia *exp.*) **δ** *de* cornu *metonymice i. q. 'materia cornus' u. TLL 4,967,31 sqq.; Oennerfors, ANRW (1993) 347; 351* cruda] crura $\mathbf{AB}^1\mathbf{C}^1$ *corr.* $\mathbf{B}^c\mathbf{C}^c$ **230** profuit **δCT** *cfr u. 89* corrigi **V** catafracta **T** texendas **ae** *quoque* -a **T** tegendas **εc df** *Col.* tergendas **b** gerendas **F** extendendas **g** **231** munimenta **π** **233** OBESSE **H** *hic* **F** *caput XI* Si sal defuerit *ponit* **237** sictiora **D** siociora **M** si altiora (alci- **LQ**) **FLPQ** situ (*super adscr.* $\mathbf{R}^2$) sicciora $\mathbf{R}^2$/R *"in distinctione huius*

sunt saxisque munita; in quibus superposita castella extra
murum inferiores reperiunt fontium uenas ac de propu-
gnaculis uel turribus destinatis protegunt telis, ut aquato-
3 ribus liber praestetur accessus. Quod si ultra ictum teli, in
cliuo tamen ciuitatis subiecta sit uena, castellum paruu-
lum, quem burgum uocant, inter ciuitatem et fontem con-
uenit fabricari ibique ballistas sagittariosque constitui,
4 ut aqua defendatur ab hostibus. Praeterea in omnibus pu-
blicis aedificiis multisque priuatis cisternae sunt diligen-
tissime substruendae, ut receptacula aquis pluuialibus,
5 quae de tectis effluunt, praestent. Difficile sitis uicit, qui
quamuis exigua aqua ad potum tamen tantum in obsi-
dione sunt usi.

ABCDFGHLMPQRSTV

10,3 Hirt. Gall. VIII 40–43 burgus: Oros. VII 32,12; Cod. Theod. XII 19,2 (a. 400); Cod. Iust. I 27,2,4 (a. 534) Reallex. d. Germ. Altertumskunde^{2} 4 (1981), 117 sqq.

orationis membri (sicciora–uenas) *ed. Colon.* (*1524*)*" secutum sese dicit Lang; sed et codd. plurimi et Col. a. 1475 eandem commendant uerborum interpunctionem*

238 quibus] quis **δ** **238** *sq.* extra–inferiores] ad extrema muri inferioris (-es **FP**) **π** repperiunt **ABCGLMQ** fontium] montium **δP** **241** ictum **cfg** *Col. quoque Lang* iactum **πab de** *v Scriu. cfr ad III u. 1270* **242** subiecta] ubi subiecta **S** ubi iacta **DR**^{1}**V** *corr.* **R**^{2} **243** quem **P**^{1}**R**^{1} *quoque* quod **DF LP**^{c}**QR**^{c}**T** uurgum **T** **244** *sq.* constitui ut] constituat ut **LMQ** constituat **AB**^{1} *corr.* **B**^{c} -ant **C** ne *add.* **C**^{2} **247** substruend(a)e **LMQTbg** *edd.* substituend(a)e **πC**^{1}**ade** subtrahend(a)e **ABC**^{c}**GHc** *Col. om.* **f** **248** sitis] enim eos sitis **T** enim eos quis **δP** quis **F** uincit **RT** uincit eos **FLQ** uincit sitis eos, qui *v Scriu. sed cfr ad I u. 223* **249** exiguam aquam **BCGHLMQ** tamen tantum] tamen hac **LQ** tamen **D** tantum *v Scriu.*

XI SI SALES DEFVERINT

Si maritima sit ciuitas et sales defuerint, liquor ex mari 1
sumptus per alueos aliaque patula uasa diffunditur, qui a
calore solis duratur in salem. Quod si hostis ab unda pro- 2
hibeat, nam hoc accidit, harenas, quas excitatum uento
mare superfuderat, aliquando colligunt et dulci aqua
eluunt, quae sole siccata nihilominus mutatur in sales.

XII QVID FACIENDVM CVM PRIMO IMPETV VENITVR AD MVROS

Violenta autem inpugnatio quando castellis uel ciuitati- 1
bus praeparatur, mutuo utrimque periculo sed maiore ob-
pugnantium sanguine exercentur luctuosa certamina. Illi 2

ABCDFGHLMPQRSTV

251 SI SALES (-IS G^1) DEFVERINT (DEFV ... **R**) **δ**G^c**T** SI SALIS (SAL **FLPQ**) DEFVERIT **ABCF**H^2 (H^1 *periit*) **LMPQ** **252** salis (-es B^c) defuerint A^1**B**C^1 sal (salis **M**) defuerit C^c**L** **MQ** sales defuerit **H** sal his defuerit A^2 loquor **H** **253** aliaque] atque alia **T** atque **π** qui a $A^c$$C^c$**fg**$R^4$ *v Scriu. Andersson 106 cfr mulom. I 17,3* (a morbo *codd.*); *31,1; H–Sz 122* quia **εab** qui **DFPSTVcde***Col. Lang* **254** hostes abunda (ab vnda **g**) prohibeant **Tg** ab unda] abundare **D**F^c (abunda F^1) **RV** **255** accedit A^1**B**C^1**GHMP** *corr.* $A^c$$C^c$ sepe *add.* P^2 saepe accidit **FLQ** excitatum **T** *Lang* -o **ABCGHM** Q^c**befg***Col.* exagitatum **πad** *v Scriu.* exercitato **L**Q^1 exsiccato **c** uentis **πad** *v Scriu.* **256** superfunderat **AB**C^1**GHM** -fuderit C^c colligant **LQ** **257** eluunt] perfundunt **P** -ant **LQ** sola **H** salem A^c (-es A^1) **DLQ** sal C^c (-es C^1) **260** impugnatio A^c (inp- A^1) **FST** **261** utrique **DT** -umque **S** maiorem **FP** **261** *sq.* oppugnantium **ADMSTR** exerceantur **δ**

enim, qui muros inuadere cupiunt, terrifico apparatu ex-
positis copiis in spem deditionis formidinem geminant
3 tubarum strepitu hominumque permixto; tunc – quia ti-
mor magis frangit insuetos – primo impetu stupentibus
oppidanis, si discriminum experimenta non norunt, ad-
4 motis scalis inuaditur ciuitas. Quod si a fidentibus siue
militaribus uiris repellatur prima congressio, statim clau-
sis crescit audacia, et iam non terrore, sed uiribus et arte
confligitur.

XIII ENVMERATIO MACHINARVM QVIBVS MVRI OPPVGNANTVR

Admouentur enim testudines arietes falces uineae plutei musculi turres; de quibus singulis, qualiter fabricentur, quo etiam pacto proelientur uel repellantur, edisseram.

ABCDFGHLMPQRSTV

12,3 Verg. Aen. 8,556 sq. Cap. 13 sq. cfr Vitr. X 13–15; Caes. Gall. VII 22,2 sq.; 86,5; Bell. Alex. 1,1 sqq.; Plin. nat. 7,201 sq.; Tert. pall. 1,3; Amm. XX 11,11 sq.; XXIII 4,8 sqq.

264 in spem] -m *exp.* C^c sine spe π *corr.* R^c **265** turbarum strepitu agminumque **T** quia *om.* **D** **266** magis] magnus **T** magis–insuetos] eam agit (*om.* **V**) insuetus δ *corr.* R^2S^c quia–insuetos *temere secl. Lang iure def. Andersson 38* **267** *sq.* admonitis $A^1B^1C^1$ *corr.* $A^cB^cC^c$ appositis **T** a *om.* **DSV** (*pars folii* [*77*^{v}] **R** *cod. periit*) fidentibus] sedentibus **D** **269** uiribus **FP** eminus **T** clausis] oppidanis **T** **273** MVRI] MODIS **D** OBPVGNANTVR **ABCFGHV** *Lang* OPPVGNENTVR **D** **276** preliantur **T** pr(a)eligentur A^1**GH** *corr.* A^c edisseram] enarremus **πade** *sed clausulam q.u. II obseruari oportet*

XIIII DE ARIETE FALCE TESTVDINE

De materia ac tabulatis testudo contexitur, quae, ne exu- 1
ratur incendio, coriis uel ciliciis centonibusque uestitur.
Haec intrinsecus accipit trabem, quae aut adunco praefi- 2
gitur ferro et falx uocatur ab eo, quod incurua est, ut de
muro extrahat lapides, aut certe caput ipsius uestitur
ferro et appellatur aries, uel quod habet durissimam fron- 3
tem, quae subruit muros, uel quod more arietum retroce-
dit, ut cum impetu uehementius feriat. Testudo autem a 4
similitudine uerae testudinis uocabulum sumpsit, quia,
sicut illa modo reducit modo profert caput, ita machina-
mentum interdum reducit trabem interdum exerit, ut for-
tius caedat.

ABCDFGHLMPQRSTV

14,1 mil. IV 9,5; 15,4; 17,1; 18,1; 2; 23,1; Caes. ciu. II 10,6; Amm. XX 11,13; XXIII 4,8 sqq.

277 FALCE ET TESTVDINE **δ** **278** materia **G**^{c} *quoque* -ie **G**^{1}**T** contessitur **A**^{1}**M** *corr.* **A**^{c} **280** aut *om.* **π** **281** et] quod **π** incuruata **LMQ** -um **T** curuatum **δ** **282** ipsius] ei **V** **283** habeat **πT** **284** quae **abcdef** *Col. quoque v Scriu. Lang*^{1} qua **Tg** *Foerster* (*1879*) *59 Lang*^{2} subruit **ade** *quoque* -et **A**^{1}**BCGHMTg** -at **A**^{c}**LQbcf** *Col. v Scriu.* **287** profert *recc. quoque v Scriu.* proferit **T** -serit **ABGM** *Lang* preserit **H** **288** exeret **A**^{1}**B**^{1}**M** *corr.* **A**^{c}**B**^{c} effert **LQ**

XV DE VINEIS DE PLVTEIS DE AGGERE

1 Vineas dixerunt ueteres quas nunc militari barbaricoque
usu causias uocant. E lignis leuioribus machina colliga-
tur, lata pedibus octo, alta pedibus septem, longa pedibus
2 sedecim. Huius tectum munitione duplici tabulatis crati-
3 busque contexitur. Latera quoque uimine saepiuntur, ne
4 saxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinsecus au-
tem, ne inmisso concremetur incendio, crudis ac recenti-
bus coriis uel centonibus operitur. Istae, cum plures fac-
tae fuerint, iunguntur in ordinem, sub quibus obsidentes
5 tuti ad subruenda murorum penetrant fundamenta. Plutei
dicuntur qui ad similitudinem absidis contexuntur e ui-
mine et ciliciis uel coriis proteguntur ternisque rotulis,
quarum una in medio, duae in capitibus apponuntur, in
quacumque parte uolueris admouentur more carpenti;
6 quos obsidentes applicant muris, eorumque munitione

ABCDFGHLMPQRSTV

15,4 u. ad IV 14,1 15,5 Vitr. X 15,5; Amm. XIX 5,1; XX 6,3; XXI 12,6

